BSB Bayerische StaatsBibliothek

Münchener DigitalisierungsZentrum
Digitale Bibliothek

BSB-Hss Cod.icon. 393(2
Mair, Paul Hector

De arte athletica II - BSB Cod.icon. 393(2

Augsburg Mitte 16. Jh.
Cod.icon. 393(2

Copyright

Das Copyright für alle Webdokumente, insbesondere für Bilder, liegt bei der Bayerischen Staatsbibliothek. Eine Folgeverwertung von Webdokumenten ist nur mit Zustimmung der Bayerischen Staatsbibliothek bzw. des Autors möglich. Externe Links auf die Angebote sind ausdrücklich erwünscht. Eine unautorisierte Übernahme ganzer Seiten oder ganzer Beiträge oder Beitragsteile ist dagegen nicht zulässig. Für nicht-kommerzielle Ausbildungszwecke können einzelne Materialien kopiert werden, solange eindeutig die Urheberschaft der Autoren bzw. der Bayerischen Staatsbibliothek kenntlich gemacht wird.

Eine Verwertung von urheberrechtlich geschützten Beiträgen und Abbildungen der auf den Servern der Bayerischen Staatsbibliothek befindlichen Daten, insbesondere durch Vervielfältigung oder Verbreitung, ist ohne vorherige schriftliche Zustimmung der Bayerischen Staatsbibliothek unzulässig und strafbar, soweit sich aus dem Urheberrechtsgesetz nichts anderes ergibt. Insbesondere ist eine Einspeicherung oder Verarbeitung in Datensystemen ohne Zustimmung der Bayerischen Staatsbibliothek unzulässig.

The Bayerische Staatsbibliothek (BSB) owns the copyright for all web documents, in particular for all images. Any further use of the web documents is subject to the approval of the Bayerische Staatsbibliothek and/or the author. External links to the offer of the BSB are expressly welcome. However, it is illegal to copy whole pages or complete articles or parts of articles without prior authorisation. Some individual materials may be copied for non-commercial educational purposes, provided that the authorship of the author(s) or of the Bayerische Staatsbibliothek is indicated unambiguously.

Unless provided otherwise by the copyright law, it is illegal and may be prosecuted as a punishable offence to use copyrighted articles and representations of the data stored on the servers of the Bayerische Staatsbibliothek, in particular by copying or disseminating them, without the prior written approval of the Bayerische Staatsbibliothek. It is in particular illegal to store or process any data in data systems without the approval of the Bayerische Staatsbibliothek.

Cod. iconogr. 393, II
[Cim. V. b. 67]
Cim. 63





BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS

SECVNDA GLADI
ATORIÆ ARTIS SIVE
ATHLETICÆ PARS,
SVMMA CVRA
ET DILIGENTI
A, SVMMOQ
LABORE
CONQI
SITA,

CATALOGVS SECVNDÆ PARTIS ARMORVM, NVMERANTVR AVTEM NOVEM,

PVGIO, COTINET HABITVS SEV FORMAS, . 48
ENSIS HISPANICVS, . 56
SECVRIS LETALIS, . 16
DIMICATIONES EQVESTRES IOCOSÆ, . 26
TORNEAMENTA, HABET FIGVRAS, . . 2
PROCESSVS ET IVRAMENTVM EORVM, QVI SVNT DIMICATVRI, . . 3
DIMICATIONES EQVESTRES PRO VITA ET SANGVINE, . 73
DIMICATIONES PER SCVTA ACVTA, . 16
DIMICATIONES PEDESTRES, . 86

BIBLIOTHECA REGIA MONACENSIS

PRIMVS CONTACTVS SEV CONIVNCTIO PVGIONVM



CONTRA hostem procedes, punctionibus necnõ impulsibus utendo, postea dextrũ pedẽ prepones. Sed si is dextrũ latus pungendo adgreditur, te itidẽ dextrũ preponente, tum eũ conatũ exteriori pugionũ contactu excipias, pollice tuo nodo pugionis adiuncto, uerũ quam celerrime poteris, pugionẽ uersũ te si attraxeris, habitu eo dextrũ latus acriter impellas tundendo aduersarij. Sin uero is idẽ contra te usurparit, inferne pugionẽ regendo sursũ hostis impetũ remoueto, pollice itidem nodo pugionis tui applicato, pugio uero exterius brachio imposito ea itaq; corporis forma pedẽ sinistrũ, aduersarij dextro postpones, manu sinistra cubitum eius dextrũ apprehende, abs te hostem inde si remoueris, impo remotionis actu uisum figendo aduersarij adpetas. Cæterũ eo idem contra te usurpante, manu sinistra confestim eum repellas interius, interimq; dextrũ si reduxeris pedem in latus dextrum tuum, ab hoste deflectendo recedes.

PVNCTIO CONTRA AVERSIONIS HABITVM.

2



In congreſsu contra hoſtem hac ratione te accomodato, punctiones et impul-
ſus uſurpando ingreditor dupliciter contra eũ ita tñ ut pes ſiniſter prior ſit, atq;
latus eius dextrum figito, pollice iuxta lamina conſiſtentem. Sed ſi is idem uſur-
parit, dextrũ te pfigente, eius conatũ remoraberis ex pugionũ coniunctione retro
hoſtilis pugionis lamina, pollice tuo ſupra nodum conſiſtente, interea pede ſini-
ſtro retro aduerſarij dextrũ concedas, ſecundũq; cubitũ dextrũ eius brachium manu
ſiniſtra arripe, ſi eũ eo habitu repuleris, collum ipius figito. Sin aũt te eadẽ ratioe
adgredi conetur ſiniſtrũ referes pedem, manu ſiniſtra ſupra eius dextrã dirigenda
exterius, uiſũ aduerſarij pungito, At ſi is pugionis ſui habitu te repulerit, ſiniſtra
manu, eius dextra arrepta, ſi depreſſeris deorſum, rurſus uiſũ eius pungendo ſaucia-
bis. Verũ ſi aduerſarius te gemino impulſu appetierit, dextro ipius brachio manu
ſiniſtra apprehenſo, atq; dextrũ pedem ſi hoſtis dextro poſtpoſueris, fortiter abs
te eum repellas ideſt pugione brachio applicato.

DVÆ INTERIORES AVERSIONES DE LATERE DEXTRO.



AD habitū eius auerſionis ſi rite te componere uolueris, dextrū pedē prępones, hoſtisq; brachiū dextrū adpetito. Sed ſi is itidem contra te dextro immixus fuerit, æqualiterq; tecū pugnarit, tū manu ſiniſtra, anteriùs eius dextrā ſi adprehenderis, necnō deorſum ſuppreſſeris, dextrū latus figito hoſtis. At ſi te conſimili ratione adoredi moliatur, dextrū eius cubitum manu ſiniſtra arrepta, ſi pede ſiniſtro fueris inſequutus, eum abs te remoueas. Sin autem is te itidem repulerit, dextrū referto in latus dextrū, et eo modo ab hoſte te deflectes, interim uero pedem utrūq; ſi coniunxeris, uiſum eius pungito. Sed ſi eum impetū exceperit pugione brachio dextro impoſito, atq; manu ſiniſtra tuum brachiū dextrū arripere conetur, tū axillā dextrā aduerſarij manu ſiniſtra apprehendas, eūq; in latus dextrū conuertas, Verū ſubito inſequutus collū eius figito.

DVÆ ALIÆ INTERIORES AVERSIONES VNIVS. DE INFRINGENDORVM BRACHIORVM HABITVS FORMANT.

4

DEXTRVM pedem. Si ad hostem propius acceseris, preponas. Et si is uicissim dextro innitens contra te constiterit, pariq labore seu pugna tecum concertet, nec no pugiones inuice contigeritis interius, pugione tuo quantum poteris celerrime retracto, inferneq circuuoluto, dextrū eius brachiū exterius pungito. Sed si hostis eadem ratione te adoredi conetur, pugione imposito brachio, eius impetū auertere no dubites, uerum confestim superne eius uisu pungere conaberis. Sin eū conatū repellere tentarit, pugione superne arrepto, inq punctione superna aptato, inferne latus hostis dextrū figito. Cæterum aduersarius cū gemina punctione contra te utatur, pugionem eius manui pugione tenenti adiungito, manuq sinistra mucrone anteriore adprehendito. Sed si te cō simili modo corripuerit, uoluerit pugione manibus tuis extorquere, eū hosti permittas, uerū dextra manu, aduersarij dextra anterius correpta, sinistra uero eius brachij parte scdm cubitū dextrū, et si pede sinistrū, eius dextro postposueris, atq abs te brachiū eius auerteris superne, inferne attraxeris, brachium aduersarij confringes.

IMPVLSVS QVO VISVS ADPETITVR, ADDITO INFERNĘ AVERSIONIS HABITV.



IN habitū modò cōmemoratū ea ratiōe te cōponere neceſſe erit, ſiniſtro pede prepoſito, in manu ſiniſtra pugionē directē contra hoſtis uiſū teneas. Et ſi uicisſi is pede dextrū ꝓponens contra te conſtiterit, teneſq; ſuper dextrū pugionē, pollex nodo eius impoſitus, mucro cōtra hoſtē porrectus ſit, ſi fueris pede dextro conſe-quutus, uiſum eius pulſato. Verū ſi hoſtis idem contra te uſurparit, pugionē ſupra brachiū tuū deflecte, atq; ſurſū ſi leuaris, uerſu latus dextrū punctionem hoſtilem repelles: Poſtea aūt ſiniſtro pede inſequutus, gemina punctione eius uiſum uel pe-ctus configito. Excipiente id aduerſario, in trianguli dextro proſilias, et latus hoſtis dextrū tundas. Eius uero impetū, ſi idem contra te uſurparit, repellas. Sed ex eo habitu urgendo hoſtem inſequutus, nuditates eius proximas explora-bis. Sin aūt id remouerit, celeriter pugione circūflexo pudenda eius quaſsabis. Cum uero ab eo idem contra te parari ſenſeris, tū ſiniſtrā manū hoſtis dextræ adiunges, et impulſū eius ſi remoueris, uiſūq; celeriter pupugeris, in tuta tui defenſione ab eo recedere memineris.

HABITVS AVERSIONIS INFERNE CONTRA SVPERNVM IMPVLSVM, QVO VISVS ADPETITVR

6



IN auersionis forma sic te adaptabis, dextrũ pedem ꝓpones, pugione pro genu dextro continebis. Sed si aduersarius itidem dextro contra te constiterit sublato pugione contra facie tua, pollex eius modo appositus pugionis, sinistro pede cõsequutus, atq de loco inferiori sursũ pugione gubernando, manibus cancellatis, seu ut pugiles uocãt, in forma forpicis formatis, sinistrę tn manus pollex intra digitos conclusus sit, uisu aduersarij adpetito. Sin aũt is idem contra te moliatur, tu eius conatu diligenter obseruato, manu lœua eius brachiũ dextrũ interius arripias, et hostis impulsum eo habitu auertas, verũ subito uisu ipius punqito gemino impulsu. Porrò si te duplici punctioe fuerit aduersarius adgressus, pugione eũ repelles, interim uero sinistram manũ eius cubito dextro si supposueris, in latus ipius dextrũ hostẽ propelles. Cum uero idem te protrudere conabitur, introgreditor dextro pede, manuq sinistra, aduersarij itidem sinistrę imposita, eoq habitu suppressa, ab hoste te liberabis, sed confestim eius uisum conquassabis, et in ipo actu, manu sinistra sub eius axilla dextra regito, pro uiribus hostem propellas.

HABITVS LIBERI IMPVLSVS CONTRA EVM IMPVLSVM QVI SVRSVM REGITVR.



QVVM rite habitu ꝓnominato uti uoles, paribus tibijs consistas, brachium dextrū pugionem tenens egregiè tollas ultra caput tuū, ex ea igitur forma intrò procedas pede dextro, et pugione uisui hostis impellas. Sed si is idē contra te usurparit sinistrū prēponentē, mg libra consistentem, idest corpore uersus terram proclinato, manum sinistra iuxta genu sinistrum tenentē; pugione retro pedē dextrū, tu dextro consequitor, et sursum pugione sublato, manu sinistra eius impulsum ex habitū medię forpicis, id aut fiet, antēq manus mstar crucis formentur, atq uisum aduersarij impulsu sauciato uel pectus. Sm uero is excepe-rit impulsum, pugione ex latere hostis sinistro uersus dextrū conuertes mutan-do contra eius uisum. Cū aut gemino impulsu te aduersarius adoreditur ratioe eadem, dextrū pedem reducito, atq tu exterius tū interius ēu repellas pugioe brachio dextro impositō. Verū inde rursus dextro intrò procedas, sinistro autem prosili-endo in latus aduersarij dextrum directo, firmū impulsum habebis, interim uero gradu gemino ab hoste recedas pugionem athletice gubernando.

AVERSIONIS EFFIGIES EX HABITV FORPICIS CONTRA IMPVLSVM SINISTRVM. QVO VISVS ADPETITVR.

8



IN habitū modò prędictum hac ratiõe te compones, ſiniſtrū pedē ꝓponere memineris, pugio iuxta genu ſiniſtrū locetur, pollex iuxta lamina rotūdam, quæ ſita eſt infra capulum, brachium ſiniſtrū dextro inſtar crucis imponatur. Et ſi aduerſarius contra te ſiniſtro innitens pede conſtiterit, pugione in manu ſiniſtrā ſublato, uiſu tuū adpetere moliatur, dextro pede intrò concedas, et ex habitu prædicto, ſcilicet forpicis forma ſurſum ſi pugionem direxeris, hoſtis impetū ea ratiõe repellas brachio ſiniſtro. Verū dextro ſupra eius brachiū ſiniſtrū directo eius uiſum pulſabis. Sed ſi is impulſū tuū conſimili modo pugione brachio ſuo lœuo impoſito repulerit, confeſtim de latere aduerſarij ſiniſtro in dextrū, pugionē conuerte. Hoſte aūt te gemino impulſu aggrediente, tū dextra manu arrepto pugione, parte eius anteriori hoſtem auertito, Verū ſubito dextrū pedē retro eius dextrū locabis, et latus aduerſarij dextrū gemino ictu punges. Sin uero is idem conetur, de dextro eū repellas latere tuo, atq; ſi pedē ſiniſtrum reſiliendo collocaris, in latus hoſtis dextrū, arripuerisq; eius brachium dextrum, pungendo eū repellere memineris.

IMPVLSVS QVO VISVS SAVCIATVR. ADDITO MODO PER QVEM HOSTIS PROSTERNI POTEST.

9



QVVM ad hostē in congressu accesseris, pedem sinistrū prefiges, pugionem supra caput tuū contra uisum hostis porrectū attolles: Sin aut contra hostem constiteris in habitu libre, idest corpore uersus terrā proclinato, sinistro itidem pede innitens, hostisq; uisum appetierit impulsu, tu sursum tendas contra pectus aduersarij, et quasi impulsum perficere uolueris simulato, sed interea eius pedem sinistrum manu lœua arripe, sursum si leuaris, aduersariū sternere potteris: postea pugione brachio dextro applicabis exterius, quō impulsus ipius repellere possis. Sin aut hostis te ea ratione fuerit complexus, et prosternere molitus, corpore tuo egregiè porrecto consequitor, tanq; in eū concidere uolueris. Interim uero manu sinistra, hostis cubitum sinistrū apprehende interius, et si eū ex hoc habitu propuleris, efficies ut is te missum facere cogatur, postea pugione reiecto, manuq; lœua secundū ilia corpore eius apprehenso, dextra uero intra pedem utrūq; iniecta, hostem prosternas.

FORPICIS HABITVS ET EFFIGIES CONTRA AVERSIONEM ADDITA INTORSIONIS FORMA.

10



PEDEM ſiniſtrũ, ſi rite hac forma uti uoles, prẽponas, pugionem contra hoſtem porrigas, et ſi ſubſequutus fueris dextro, ſurſũ ex effigie forpicis pugionem gubernes, atq; uiſum hoſtis pungas. Sed ſi is idem contra tẽ moliatur, dextrum prẽfigentem, pugione interius brachio dextro impoſitũ ſi tenueris, ſurſũ tendas, eodemq; brachio aduerſarij impetum repellas: Poſtea manu ſiniſtra cubitũ ipius dextrũ adprẽhendas, atq; eo correpto, contra uiſum ſuper eius brachio dextro pugione directo, pungas. Sin autem aduerſarius id animaduerterit, manuq; ſiniſtra te repellat, tum quaſi ſupernè eum pungendo adoredi uolueris, infernè tñ eius pudenda pugionis mucrone adoreditor. Verũ ſi is te eadẽ ratioe adpetierit, dextrũ pedem referes, manuq; ſimiſtra ipius conatũ repellas, dextra uero pectus eius fodito, Sed interim gemino gradũ rurſus ad hoſtem procedas, eoq; modo pugione teneas, ut pollex ſit ſupra rotunda lamina ſitus, et correpto hoſtis brachio dextro, collũ eius fodito, hoc igitur negotio confecto ab aduerſario recedas.

FORMA, QVA BRACHIVM ADVERSARII EX-
TERIVS INFRINGI LICET. VNDE HABITVS ADVERSARII STERNENDI PRO-
CEDIT.

11



SI gladiando athletice ad hostem prope accesseris, pedem sinistrum si prepositeris, dextrũ pedem eius pungẽs. Sin autẽ dextro innitens cõstiteris, atq; is eundem fodere conetur, tum pariter cũ aduersario pungas, sed eius sinistrũ adpetas pedem, et si is sinistrũ tuũ pungere moliatur unà tecũ, manu sinistra hostis dextrã corripe, retro cubitum dextrũ eius, pugionem tuũ adiungas, postea sinistra axilla, eius cubito dextro suppositã, brachiũ aduersarij confringes. Cum uero idem contra te usurpare conetur, retro eius pedẽ dextrum, sinistrũ colloces, & manũ sinistrã si cubito eius dextro supposueris, in latus hostis sinistrũ sternetur, atq; inde brachiũ liberabis ab oĩ eius periculo.

DEFENSIO EX FORTITVDINE CONTRA IMPVLSVM QVO VISVS FODITVR

12



AD eũ igitur habitũ hac ratiõe te componas, pedem ſiniſtrũ prefigere memento, pugioneq; manu utraq; contineas. Sin aũt aduerſarius contra te pede dextro conſtiterit, nec nõ uiſũ adpetat, tũ pugionis mucrone, ſurſum pugione ſub-lato, intra manũ utraq; punctionem eius excipies. Poſt hæc manu lœua corripies nodũ pugionis hoſtilis, mucroneq; in facie hoſtis conuertes. Sin aũt aduerſarius eadem moliatur, manu ſiniſtra brachiũ eius itidem ſiniſtrũ ſi adprehenderis, et propuleris hoſtem, à periculo hoſtilis punctionis liberaberis, Interea aũt celeri-ter pectus eius fodito. Excipiente id aduerſario, celeriter mutato ictu, uiſum ho-ſtis punges. Quũ uero is gemina punctione aduerſus te uſus fuerit, dextro pede contra hoſtem intrò procedas, mediętateq; pugionis excipies eius conatum, inde uero in conſpectu eius, pugione rotato uiſum eius punctione gemina ſauciabis.

MODVS HOSTIS STERNENDI ADDITO HA"
BITV. QVO HOSTIS CONVERTITVR.



SIC te ad hunc habitū adaptabis. dextrū pedem præponere memine-
ris, contra hostem pugionem contineas, pollex laminæ rotundę appo-
natur. Si autē contra te is uicissim in habitu punctionis constiterit, prepo-
sito dextro, pede tu sinistro consequitor, et pugione in dextra manu sito in-
ferne circū hostis pedem directo, si leuaris sursum, atq; sinistra superne iux-
ta brachium eius dextrū propuleris, hostis conuertetur, simulq; eū sternere
poteris. Cū uero eadem contra te moliatur, in latus tuū dextrum te couertas
manuq; sinistra si eius dextræ adiunxeris superne, fortiter supprimito deorsū,
et te liberabis, Confestim uero sinistro procedas pede, et brachiū sinistrum si
adprehenderis, collū aduersarij fodito. Sin autē id remouerit, dupliciter pu-
gione mutato uisū eius adgreditor pungendo, eoq; habitu abs te hostē remoueto.

INTORSIONIS FORMA. VNDE BRACHII CON-
FRINGENDI MODVS FORMATVR.

14



PVGIONE rotando contra hostem procedito, Si ritè hoc habitu uti uo-
les, ita tamen te accommodabis, ut pedè lœuũ preponas, pollex iuxta laminam
rotundã consistat, et si aduersarius uicissim contrà te dextrũ prepoſuerit, pollicẽ
nodo pugionis adplicarit, atq; supernè uisum pungere conetur hostis tuum, eius
punctioni obuiabis, atq; intrà manũ utrãq; eius conatũ pugione tuo excipies ita
tñ, ut mucro pugionis contra hostem sit porrectus, inde uero si supernè super ho-
stis brachiũ dextrũ, pugionis intorseris mucronẽ, brachiũ eius confringere lice-
bit. Sin aũt aduersarius cupiuerit tibi infringere brachiũ, intro procedas pede si-
nistro, arreptoq; manu sinistra, hostis dextro cubito, si sursum leuaris, liber
redderis, interea aũt uisum eius uel pectus fodito. Verum si is idem perficere
conetur, eius conatũ pugione brachio dextro applicato cũ interius tũ exterius
repellas. Post hęc, quasi supernè uisum eius adpetere pungendo uelis tr simulato,
manu sinistra pugionem rapito, atq; insequutus dextro pede, aduersarij pudẽda
pungendo sauciabis, geminoq; gradu ab eo recedas.

IMPETVS QVO PVDENDA PETVNTVR. CONTRA VISVS IMPVLSVM.



DEXTRVM pedem, ſi ad hoſtem acceſseris, ꝑpones, et pollicem nodo applicabis. Et ſi is uiciſſim contra te dextrũ præponens conſtiterit, pudenda eius fodito. Sed ſi hoſtis ſimili ratiõe te fuerit adgreſſus, tũ brachio dextro pugiõe impoſito eũ repellas: Verum ſubito inde uiſum ipius pungas. Animaduertente id hoſte, atq; excipiente, pugionẽ quaſi ſuperniè in hoſtem figere uelis, repente latus dextrũ eius haurias. Cæterũ ſi contigerit, ut is eadem contra te moliatur, pugionis medio eũ conatũ remoueas, uerſus latus tuũ dextrũ, interea aut pedem ſiniſtrũ, aduerſarij dextro exterius ꝑpones atq; collũ eius punges. Sin is repulerit eũ impetum, manu ſiniſtra partẽ brachij interiorẽ arripias hoſtis dextri, et ea ratione eius defenſionẽ irritabis, ſimulq; habere poteris impetũ firmũ contra aduerſarij uiſum. Verũ ſi gemino impulſu te uiciſsim adoreditur hoſtis, eius manũ dextrã ſi lœua confeſtim corripueris, mutatoq; dupliciter pugione uerſus pectus eius, in tuta tui defenſione recedere memineris.

INGRESSVS. ADDITO HABITV PROSTER-
NENDI HOSTIS.

16



HAC *forma ſi rite uti uoles, ſiniſtrũ pedem præponere nõ dubites, pollicẽq; iuxta rotundam laminã pugionis colloces. Et ſi aduerſarius uiciſsim contra te conſti-terit dextrũ præponens, atq; uiſum tuũ pungere molitur, tũ derepente eius manum dex-tram anterius manu ſiniſtra ſi corripueris, ab eius impetu te ſecurũ et tutum reddes. Verũ inde manu dextra addito pugione eius poplitem pedis dextri adprehende, infernè eo modo ſi firmiter adtraxeris, ſupernè aũt propuleris, ſupinum hoſtem proſternes.*

PECTORIS IMPVLSVS ADDITO EO, QVO PV" DENDA IMPETVNTVR.

17



AD prædictum modò habitū ea ratione compones te, pedem sinistrum præ" figes, pollex supra nodum pugionis consistat, ex ea igitur forma pectus aduersarij fo" dito. Idem uero si moliatur, medio pugionis eū remoueto, et inde pudenda ipius im" petuosè figas mucrone. Verū si aduersarius te eo modo adgreditur, et id tu obseruaris, manu sinistra eius dextra si corripueris, deflexerisq eius pugione, eundem ad eius pudenda adiungas. Sed si tuū pugione tuis intorserit, dextrū pedem celeriter referes, et ea ratiõe hostis punctiones uitabis. Verū subito eundem rursus intrò impones, pu" gioneq in uisum eius configas. Sin aut ab eo idem tibi contingat, tu pugionis medio intra manum utrāq uim ea remoueas, insimul aut pugiones ambos si coniunxeris, pedem dextrū, eius dextro ppones, et si nodū tui pugionis supra aduersarij manum dextram intorseris, tum hostis suū pugione tibi concedere cogetur. Sed si ex tuis ma" nibus pugionem uicissim extorserit, tum si collo eius, manum dextram anterius, applicaris, per pedem dextrum sternere eum poteris.

INGRESSVS VNDE HABITVS INFRINGENDI BRACHII PROCEDIT.

18



LOEVVM pedem ppones, si athletice ea forma uti uoluerís, et sursu contra aduersarij facie punctione reges. Sin aute is uicissim constiterit aduersus te dextrum præfigens, arrepto pugione pollice iuxta lamina apponas, atq; superne uisu hostis figas. Sed si is idem usurparit, pariter cu eo pugione eius contingas, interim uero manu tua siniſtra si superne ad euis brachiu dextrum direxeris, pugioneq; pariter cu brachio ad- prehenderis, et inde tuo pugione in latus dextru conuerso, brachiu ipius confringes. Veru conante idem perficere aduersario, pede siniſtro intro concedas, manu siniſtra, eius dextra anterius apprahendas, eadem si suppresseris, te liberu efficies, at inde confestim hostis uisum uel pectus punoas. Sed si idem aduersarius molitus fuerit, siniſtro pede reducto, ex alio latere in aliud pugione gubernando, eius medio impetu hostilem repellas. Verum ex hoc urgendo aduersariu gemino gradu insequitor, inue- stigatoq; eius nuditates tum inferne tum superne.

HABITVS. QVO PVDENDA IMPETVNTVR. AD HIBITA FORMA HOSTIS STERNENDI.



SI ad inuicem conceſſiſtis, dextrũ præponere pedem memineris, atq; pudenda aduerſarij figito. Sed ſi idem contra te molitur dextrũ prefigente, manu utraq; pugione correpto, eius impulſum inferne remouebis. Sin aut tu eadem ratione fueris repul-ſus, ſiniſtrũ pedem, hoſtis pedi dextro imponas anterius, inde manu ſiniſtra col-lo hoſtis arrepto poſterius, ſi fortiter ea ratione adtraxeris, pronũ hoſtẽ conſternes. Sin uero idem remouere uolueris, dextrã à pugione remoueas, eaq; eius cubito ſiniſtro ſuppoſita, ſi firmiter propellas, deijcere aduerſariũ poteris, ſimulq; te liberabis ab omi periculo.

FORMA INFRINGENDI BRACHII ADDITO VISVS IMPVLSV.

20



HAC ratione te adaptes licebit. Dextrũ pedem præfiges, pariterq; cũ aduersa-
rio pungues. Sed inde pugione abiecto, retro cubitum hostis, brachiũ dextrũ, manu iti-
dem dextra adprehendas, sinistrã iuxta aduersarij manũ brachij eiusdem adplica, si
inde repuleris, brachiũ confringes hosti. Sin autem id uitare uoles, uicissim pugionem
abijcias, et sinistra manu, eius dextra anterius correpta, si ea ratione suppreſseris, te
liberasti: Postea pedem lœuũ aduersarij dextro præponas, et collum eius sinistra si
corripueris, per pedem prædictum hostem prosternes.

HABITVS, QVO PVGIONEM HOSTIS SVRSVM FLECTAS LOESO BRACHIO, ADHIBITA FORMA STERNENDI HOSTIS.



QVVM ad inuicem acceſseritis, lœuũ pedem ꝓponas, iuxta lamiñ rotun-dam pugionis, pollicẽ conſtituas, atq; ſi fueris pede dextro conſequutus, de loco inferiori ſurſũ pugione regendo, uiſu aduerſarij fodito. Sed ſi ſiniſtro ꝓpoſito cõtra hoſtẽ conſiteris, et te conſimili ratione aduerſarius adgreſsus fuerit, tum ei punctione ſuperna obuiato, ſupra manũ eius dextram anterius directa, et inde manu dextra eius pugione correpto, eo habitu eius mucronẽ ſurſum conuertas. Sin autem tuũ pugionem uiciſsim corripuerit, tũ pedem ſiniſtrum, eius pedi ſiniſtro interius poſt-pones, manu ſiniſtra hoſtis humero lœuo correpto, ſuperne firmiter ſi adtraxeris, pedemq; ſi aduerſario interpoſueris, eũ ſternere impetuoſe poteris. Verum ſi is idem perficere concupierit, a pugione eius, manũ dextrã remoue, et eandem ſub eius axil-lam ſiniſtrã ſuppone, Si igitur hoſtẽ eo modo propuleris, manuq; ſiniſtra uiſum eius punxeris, te ab hoſte facile liberabis.

PECTORIS IMPVLSVS CONTRA FORMAM AVERSIONIS.

22



SI hoc habitu gloriâ tibi comparare uolueris, ſic te componas, pungendi impetūdiq; ratiõe hoſtẽ accedito, hoc tñ modo fiat, ut pes dexter ſit præpoſitus, interim uero punctiõ, nẽ retro caput ſiti pugionis anteuerſũ, contra pectus hoſtis regito. Sed ſi eadem contra te is moliatur, dextro intrò ſi conceſseris, pugione eius impetũ intra manũ utrãq; repellito. Si aũt te eadem ratiõe remouerit, tũ manu ſiniſtra hoſtis brachiũ itidẽ ſiniſtrum interius corripias, eoq; habitu ſi firmiter uerſus dextrũ latus tuũ ſuppreſseris, dextrũ pedem referas, ac pugionẽ tuũ uerſũ te ſi attraxeris, uiſũ eius animoſẽ fodito. Verum ſi is aĩo alacri uſurparit contrà, pugionẽ brachio tuo impones, eoq; habitu aduerſarij impetũ repellas. Inde aũt urgendo hoſtẽ gradu gemino inſequitor, et nuditates proxias, quæcũq; ſeſe offeret, diligenter perueſtigabis. Sin aũt is ſe defenderit acriter excipiẽdo, tũ quaſi ſuperniẽ eũ figere uolueris ſi ſimularis, pudenda eius tundas, interim uero ſiniſtrũ pedẽ tuo dextro poſtpones, rotandoq; pugione de alio latere in aliud ab aduerſario recedas.

FORMA, QVA HOSTIS CONVERTITVR.



IN congressu prędicti habitus hoc modo te componas. Pedē sinistrū præfigas, & latus aduersarij sinistrū mucrone pugionis haurias. Sed si is idem usurparit, te dextrū ꝓponente, brachio pugione impositō eū repellas. Inde brachio eius dextro manu sinistra correpto, si ea ratiōe deorsum presseris, supernè uisu eius pungito. Sin te similiter pupugerit hostis, manu sinistra, ipsius dextram corripias, pugionē reijcias, deinde in locū manus sinistræ dextra posita, sinistram uero si humero aduersarij dextro applicaris, eū in latus ipius dextrū conuertas. Aduersario aut consimiliter te conuertente, pugione manu sinistra correpto, indeq; strenuè dextro pede progreditor, statimq; te si conuerteris, sinistrū hostis latus fodito. Verū si is idem molitur contra te, brachij sinistri hostis parte anteriore manu dextra adprehendas, sinistra uero eius pugione correpto, ex manibus hostis pugionē contorseris ea ratione. Sin aut tuū extorserit consimili modo, dextrū pedem eius sinistro postponas, postea collo eius anterius manum dextra applica, sinistra autem pudendis arreptis, supinum hostem deijcias.

EFFIGIES, QVA PVGIO EXTORQVENDVS EST.

24



AD eum modum ſic te compones, pedem ſiniſtrũ præfigas, atq; uiſu aduerſarij pungas. Sed ſi te eadem ratione fuerit adoreſſus, punctione infera hoſti obuiato, et eo pacto aduerſarij punctio inanis redditur. Inde manu ſiniſtra pugione hoſtis anterius corripias. Sed ſi is eodem modo te corripuerit, tu uiciſsim manu loeua eius pugione adprehendito itidem anterius, atq; firmiter uerſus tuũ latus deorſum ſupprimias. Sin aut is idem fecerit, pugione aduerſario concedes, ſed uiciſsim pugione ipius correpto, et ea ratione uiciſsim ſuũ permittere tibi cogetur, inde ſi in hoſtis latus dextrũ reſilias, brachiũ eius dextrũ figito. Verũ ſi is idem in te moliatur, dextrũ pedem reducas, et parte pugionis anteriori impetũ hoſtile repellas, at celeriter rotato pugione, latus eius dextrũ ſi hauſeris mucrone, in tuta tui defenſione ab hoſte recedas.

HABITVS, QVO CANCELLATIM HOSTI PVGIO EXTORQVETVR.



QVVM ad inuicem digladiando acceſſeritis, dextris pedibus pfixis, pariterq; mutuis punctionibus adinuicem utimini, tu celeriter manu ſiniſtra ſupra dextrum brachiu tuu regenda, hoſtis mucronẽ arripias. Sed ſi is pugionẽ tuu ſimili ratione apprehenderit, uiciſsim et tu ſiniſtra pugionem hoſtilem ſi corripueris, æquali certabitis pugna. Inde aut eius pugionem ſupra dextrum tuu brachiu conuertendo torqueas uerſus latus tuu ſiniſtru, pugioneq; tuu firmiter ſu" ſupra hoſtis brachiu itidem comprimas dextru, et pugiones utrosq; concedere ea ui tibi cogetur. Sin aut aduerſarius utrũq; uiciſsim fuerit nactus, brachiu ipius utrũq; adprehendes, atq; fortiſsimè quantu poteris ea retineas captiua, ſupprimasq; ſtre" nue. Veru ſi idem is molitur, brachijs utrisq; tuis, eius brachio inflectas. Sin aut idem hoſtis conetur, tu manu ſiniſtra, eius ſiniſtra correpta anterius, dextra ue" ro pugione eius iuxta capulũ adprehenſo, pugione retinere nequibit, poſtea eu urgen" do conſequutus, dupliciter uiſum ipius fodito, et hoc confecto negocio ab hoſte rece" das in tuta defensione.

HABITVS COMPRIMENDI MANVS. VNDE HOSTIS POTEST PROSTERNI.

26



AD modum iam cõmemoratũ hac ratione te adaptabis, duplici gradu con-
tra hostem pugione circuflectendo procedas, ut tũ pes sinister prefigatur, inde pedem
utrũq; coniungas, atq; superne uisum aduersarij erectus pungito. Sin aut idem te consi-
militer adoredi conetur, dextrum pponentem, pollicem nodo pugionis adplica-
ris, sinistrũ pedem intraponere non dubites, atq; ipius impetum pugione impos-
to brachio repellas, interim mutato punctionis habitu de sinistro hostis latere
uersus dextrum, uisum ipius pungas. Aduersario idem usurpante contra te, pu-
gione tuo eũ remoũebis, manuq; sinistra, hostis dextra correpta, pectus inde mu-
crone loedas. Sin aut tibi contingat idem ab aduersario, tum interius brachiũ
eius dextrũ adprehendas manu sinistra, et eo modo eius impetũ remoueris.
Cum uero uterq; alterũ eadem ratione fuerit complexus, tu abiecto pugione,
manu utraq; hostis comprimito, atq; ex hoc si humerũ lœuũ, brachijs hos-
tis utrisq; suppositis, sternere eum poteris, uel brachia confringere.

BRACHII CONFRINGENDI MODVS, ADHIBITA FORMA HOSTIS STERNENDI EX HABITV PER QVEM PES ADVERSARII PEDI INIICITVR.

27



SI ad hostem prope perueneris, dextrũ pedem præponas, atq; è supernis uisum eius uel pectus plungas. Sin aũt contra hostem tibijs coniunctis consti-teris, tu dextrum pedem, eius dextro exterius præponas, atq; eius punctioni obuiã ito, deinde latus dextrũ aduersarij haurias. Sin autem idem tuũ latus itidem dextrũ punxerit, dextrũ eius brachiũ pugione tuo obruas, sub axilla dextrã tuã hostis brachiũ subiungas, inde autem pugione abijcias, manuq; sinistra humero aduersarij dextro correpto, atq; dextra si cubito eius dextro supposueris, pedẽ tuũ, hostis pedi dextro si miseceris, deijcere hostem, uel infringere brachium poteris. Caterũ si eũ habitũ uitare uolueris, aduersarij mentũ anterius corripe manu sinistra, et si eũ retrorsum propelles, relinquere te cogetur, uel is consternitur.

VISVS IMPVLSVS CONTRA HABITVM FORPI" CIS. IDEST CVM MANVS "MORE" FORPICIS CONSTITVVNTVR

28



In hoc congreſsu pedem ſiniſtrũ præfigas, pugione ita contineas, ut pollex laminæ rotundæ applicetur, mucro uero contra hoſtem porrectus, inde ſurſum tolles pugionem, pedeq; dextro intrò ſi proceſſeris, impetuoſe è ſupernis uiſum aduerſarij fodito. Sed ſi ea contra te moliatur, ſiniſtrum prę" ponentem, tu dextrum pede eius dextro exterius poſtponas, et ſurſum ten" das habitu forpicis, eoq; modo hoſtis punctione repellas. Sin aute tu ab hoſte ſimiliter fueris remotus, manu ſiniſtra, eius dextrã anterius arripito, ma" nuq; muertas hoſtis, ita ut mucro ſurſum uergat. Cum uero utriq; eo habitu utimini pariter, tu pugione reijcere non dubites, uerũ manu dextra, eius dextro pede correpto, lœuo autem eius axillę ſiniſtræ ſuppoſita brachijs cancellatis, ho" ſtem ex habitu forpicis proſternes.

INGRESSVS. ADDITO MODO BRACHII EXTE"
RIVS INFRINGENDI.



HAC ratione in eum habitum te componas, dextrūq; prefigas. Et ſi aduerſarius dextrū uiciſsim prepoſuerit, ſuperne uiſum eius pungito. Sin uero hoſtis eodem fuerit contra te uſus, tum ſimul cū ipſo repungas, Verum in ipo actu, hoſtis punctione brachio dextro remouere memineris. Sed ſi is itidem tua repulerit, tu manu dextra pugione continente, brachium aduerſarij dextrū anterius obrue, manū ſiniſtram retro cubitū dextrū eius adiungas, retorto hoſtis brachio dextro ea ratione, ipſum diſrumpes. Verum ſi is idem conabitur perficere, tū dextrū pedem, eius itidem dextro interius præponas, inde muſculos brachij dextri manu ſiniſtra ſi adpræhenderis, & ſurſum eo modo leuaris, liberum te reddes, interea autem gemino gradu conſequutus, uiſum aduerſarij pungito.

AVERSIO CONTRA IMPVLSVM. QVO PV⁹ DENDA IMPETVNTVR

30



QVVM ad hostem peruenerís pugione athleticè gubernando, dextrum præpo⁹ne pedem. Et ſi aduerſarius uiciſsim dextrũ prepoſuerit, uiſum ipſius mucrone adpetito. Verum ſi hoſtis idem contra te uſurparit, manu lœua retro eius cubitũ dextrũ eũ repellas, inde pudenda aduerſarij haurire feſtinabis. Sed ſi is eadem uſus fuerit punctione, tũ manu ſiniſtra celeriter, eius dextra arrepta, ho⁹ ſtem remoueas, poſtea uero pedem dextrum, eius dextro interius pponas, pugioe retracto quantum potes, gemina punctione uiſum aduerſarij adfliges. Idem uero ſi is uſurparit, manu ſiniſtra ex habitu forpicis eũ repelles, deinde pugioem, eius collo adplicabis, pedeq; in eius poplite firmiter iniecto, ſupinũ hoſte reijcias.

DVO VISVS IMPVLSVS.



SI inuicem fueritis congressi pugionibus athleticè regendis, et uterq; dextros præposuistis, tum uisum tu aduersarij animose pungas. Si aut punctionem ab hoste preparata aiaduerteris, uicissim et tu aduersario punctione uersus uisu obuia pro-
cedes, inde aut retro cubitu ipius aduersarij dextrum, manu sinistra adprahende, atq; eo habitu eius punctione remoueto. Sin aut is te ratione haud dissimili cor-
ripuerit, tuuq; conatu repulerit, pugione sinistra manu adsumas, et pectus aduer-
sarij mucrone sauciato, nec no retrorsum concedas: Verum ex hoc rursum dextra pugione arripias. Sed si is similiter retrocesserit, gemino gradu instando hostē se-
quitor, atq; si peruestigaris eius nuditates superne, inferneq;, latus ipius dextrum haurias. Cæterum si idem te urgeat insequendo, teq; eadem ratione pungere conetur, punctione hostis repellito, inde uero prosiliendo, pedem dextrū in latus eius dextrū collocabis, et si collum aduersarij pupugeris, mutando hinc inde pugione ab eo recedas.

CONVERSOR. CVM HABITV HOSTIS STER-
NENDI.

32



EX hoc congreſſu pugione rotando, ictibus punctionibusq; aduerſarium adgreditor, ut tamen pes dexter prior contra aduerſariũ conſiſtat, et eo habitu vi- ſum eius impetito ſtrenuè, Vel ſi dextrũ itidem præpoſueris, & hoſtis idem cõtra te uſurpare conetur, tũ obuia pungito exterius ſupra eius brachiũ dextrũ, eoq; modo punctio aduerſarij in nihilũ redigetur, inde autem irruas ſupra brachiũ eius dex- trũ, ita, ut tuus pugio in dorſo hoſtis ſurſum uergat, atq; ſi ex hoc manum ſi- niſtram intra pedem eius utrũq; applicaris, hoſtem ea ratione conuertes, ſimul etiam proſternes.

FORMA. VNDE HOSTIS EX INIECTIONE PEDIS PROSTERNITVR CONTRA SVPERAM AVERSIONEM.



SI in conſpectu, pugione athleticè regendo, aduerſary peruenerit, leuu pedem prefigas. Et ſi aduerſarius è contra dextrũ prepoſuerit, pectus mu" crone haurias, pollice iuxta lamina applicato. Verum ſi eadem effigie cotrà fuerit uſus, manu ſimſtra eu repellas, inde collo hoſtis pugionem adiungas, et ſi pedem, eius pedi inferne incuſſeris, hoſtem animoſe proſternes. Sin aut eundem impetum uitare atq; adeò declinare uoles, tum manu ſiniſtra eius itidem ſiniſtra corripe anterius, pugione ea ratione liberabis ita tamen ut eu manu utraq; adprehendas, atq; ſi retro cubitu aduerſarij dextrũ applicaris, propellas eu in latus eius dextrum, et oem conatu præpedies. Verum ex hoc reſiliendo, pedem ſiniſtrũ in latus hoſtis dextrũ collocas, et retrorſum eius collum pungas, indeq; ab hoſte pugioem de latere altero i alteru mutando, recedas.

HABITVS STERNENDI HOSTIS EX PEDIS INIECTIONE, EX QVO FORMATVR BRACHII RVPTIO.

34



In hoc congreſſu pedem læuũ præponas, pugionẽ ita contineas, ut pollex nodo adplicetur, atq; latus aduerſarij dextrum pungas. Et ſi is ſimili modo te adgreditur, manu ſiniſtra hoſtis dextram adprehendas, et eo modo punctionẽ hoſtilem repellas. Verum ex hoc uiciſſim latus itidem dextrũ haurias, eoq; habitu eius brachiũ ſupprimas, deinde pedem dextrũ, eius itidem popliti dextro injicias, et inde manũ dextrã, eius dextræ axillæ ſupponas, brachium firmiter ſi deorſum compreſſeris, ſternere hoſtem potes, uel brachiũ diſrumpere. Sin uero eadem ratione is te concluſerit, tũ retro eius cubitũ dextrũ manum ſiniſtram adplica, atq; ſi infernè fortiter attraxeris, idem perficias licebit.

QVOMODO PVGIO HOSTI EXTORQVENDVS SIT CVM BRACHII RVPTIONE.



QVVM ad hoſtem prope acceſſeris, lœuũ pedem præfigas, pugionem conti- neas ut nodo pollex adplicetur, atq; uiſum uel pectus aduerſarij ſau- ciato pugionis mucrone. Sin aũt contra eũ, ſiniſtrũ pedem præponẽs conſtiteris, & idem uſurparit aduerſus te hoſtis, tũ uiciſsim et tu obũiam ſuper ipſius brachiũ dextrũ contra faciem aduerſarij fodito. Verũ in ipo pugioniũ contactu, pugiones ambos compræhendas. Sed ſi eoſdem is e contra fuerit complexus, tũ retro ipius cubitũ dextrũ manũ ſiniſtram ãdplica, eo habitu ſi fortiter ſurſum leuaris, conce- dere tuũ pugione hoſtis cogetur, uel brachiũ eius diſrumpetur, inde aũt celeriter uiſum eius pungas. Aduerſario aũt idem moliente, pugione, dextro brachio im- poſito, in latus dextrũ tuũ, eius conatũ repellere memineris, inde aũt dextro pede reſilias in latus hoſtis ſiniſtrũ, atq; collum poſterius aduerſarij, uel latus dextrũ mucrone haurias, geminoq; gradu, pugione hinc inde athletice mutando ab hoſte recedas.

HABITVS FORPICIS. ADHIBITA FORMA VNDE PVGIONEM HOSTIS MANV OBRVERE LICEBIT.

36



PEDEM ſiniſtrũ hoc in habitu præfigas, pugione ita contineas, ut pollex iuxta lamina conſiſtat, atq; ex hoc latus aduerſarij ſiniſtrũ acriter pungas. At ſi is idem uſurparit contra te pedem dextrũ præponentem, pugioneq; manu ſiniſtra continentẽ, pollex nodo applicatus ſit manibus cancellatis, tum manu dextra, eius itidẽ dextra correpta, ſub brachio dextro tuo, pectus hoſtis haurias pugionis mucrone. Sin uero is pectus tuũ pungere conetur, manu lœua pugionẽ hoſtilem anterius adprehendas, eumq; ſuper brachiũ dextrũ eius torqueas, eo igitur habitu ſuũ pugionẽ tibi concedere cogetur. Cum uero euenerit, ut eadem forma aduerſarius contra te uti conetur, tu uiciſſim hoſtis pugionẽ anterius corripias dextra, ſi ſurſum torſeris, è contra eius pugionẽ extorquebis, inde aut dextrũ referas pedem. Sed ſi te hoſtis inſtãdo urgeat, dextro pede rurſus intrò concedas, atq; hoſtiles punctiones dextro brachio pugione impoſito remoueas, ſubito aut uiſum aduerſarij pungas, retrorſumq; concedas.

VISVS IMPVLSVS. ADDITO HABITV BRACHII INFRINGENDI.

37



SI in aduersarij conſpectū peruenerīs, pedem dextrū præfigas, atq; latus ſiniſtrū pulſabis aduerſarij, obſeruato, ut iuxta lamina pugionis pollex conſiſtat. Sed ſi is idem contra te uſurparit dextrū preponentem pedem, tum manu ſiniſtra eius pugionem confeſtim arripias, et ſi eum manibus hoſtis extorſeris, pugionem in manu dextra uiſui eius impingas. Verū aduerſario eadem ratiōe contra te utente, pedi utriq; hoſtis, pedem dextrū interponas, inde ſiniſtra, eius dextra anterius adprehendas, dextram uero ſubter aduerſarij axillam dextra regendo dextro itidem brachio applicabis, inde ſi humerū tuū, ipſius brachio ſuppoſueris, ſupra eundem, brachium hoſtis confringes. Sed is cum idem contra te fuerit molitus, tū pugione in manu ſiniſtra conſiſtente, quē extorſiſti aduerſario, impetu uehementi uiſum eius pungito, et eo modo te omittere cogetur. Verū mox pugione abiecto, pedem ſiniſtrū eius dextro poſtponas, atq; ſi manu itidem ſiniſtra eius collum circundederis, per pedem modò prædictum hoſtem proſternes ſimulq; omnis eius conatus peribit.

HABITVS HOSTIS STERNENDI CONTRA VISVS IMPVLSVM

38



ROTANDO pugione in congreſsu contra hoſtem punctionibus, et im-
pulſibus utitor, ſiq; in eius conſpectum acceſseris, dextrũ præponere memineris, pugio-
nem ita contineas, ut pollicem iuxta lamina pugionis rotundam colloces, inde egregiè in
libra deorſum te compones, pugioneq; in conſpectu eius ſurſum uibrabis ex forma forpicis.
Sin aũt aduerſarius contra te pedem dextrum prefixerit, pugione ſublato conſtiterit, pol-
lexq; eius ſupra nodum pugionis conſtitutus, tibi uiſum lædere uolucrit, tum pugione in
dextra manu, eius dextro pedi adplicato, et lœua, brachio eius itidem dextro, punctio
hoſtis eo modo repulſa eſt. Sed ſi tu ſimiliter ab hoſte fueris repulſam paſſus, tũ manũ
ſiniſtram mento ipſius applicabis. Verũ ſi idem is uſurpare uolet, liberareq; ſe conetur,
pede ſiniſtro conſequutus, inferiè tum etiam ſuperiè ſurſum ſi leuaris, ſupinũ hoſtem
ſternes.

QVOMODO HOSTIS QVEAT CONVERTI AD DITO HABITV EIVS ETIAM PROSTERNENDI.

39



AD eum modum ſic te accommodabis, dextrum pedem præponas, arrepto pugione, pollex laminę rotundę adiungatur, atq; inde latus aduerſarij dextrum hau" rias. Sed ſi is ſiniſtrum contra te præposuerit, ſupra genu ſiniſtrum pugionem conſti" tuerit, mucronem uero contra te porrexerit, ſurſum pugionem ſubleua, et eũ remo" ueas in latus tuũ dextrum. Sin uero tu eadem ratione fueris ab hoſte repulſus, tum ſiniſtro pede, inter utrũq; aduerſarij pedem procedas, interea pugione abiecto, ſini" ſtra eius brachiũ dextrum corripias, dextra uero, hoſtis ſiniſtrũ, et eo modo eum remoueas, ſeu conuertas, Inde uero confeſtim dextra manu, eius brachio dextro adprehenſo, ſiniſtram collo eius circumpoſueris, brachium diſrumpes, uel per pedem ſiniſtrum hoſtem deijcias.

MODVS HOSTIS STERNENDI.

40



AD prosternendum aduersarium ita te accommodabis, lœuũ pedem præponas, et pronum te in libram adaptabis, inde uero pugione reijcias, atq; manu utraq; poplitem hostis pedis sinistri adprehende, et dextro pede consequutus, sursum aduersarium tollas. Sed si is idem fuerit conatus aduersus te, celeriter pugionem reijcias, et brachium utrunq; super pectore eius regas sub aduersarij axillam, et ex hoc, pectore tuo hostis caput supprimas, atq; si pronũ te in libra dederis, supra caput tuum hostem præcipitabis.

INGRESSVS CVM HABITV DISRVMPENDI BRACHII.

41



IN hoc congreſsu te hoc modo compones. Siniſtrũ pedem præponas, Sed ſi aduerſarius dextrũ aduerſus te prepoſuerit, ſublato contra uiſu tuũ pugione, pollice nodo applicato, et pectus tuum haurire mucronẽ cupiue- rit, tũ pariter obuia punctionẽ tuam diriges exterius uerſus brachiũ hoſtis dextrum. Verũ poſt hæc pugionẽ ſupra brachiũ eius flectas, manuq; ſiniſtra anterius mucronẽ tui pugionis adprehendito, eundem ſi ſurſum conuerteris, brachiũ hoſtis confringes. Sin autem idem contra te fuerit conatus, deorſũ corpus inclinato tuũ, et manu ſiniſtra, aduerſarij pede ſiniſtro correpto, ſi egregiè ſuſtuleris, te hoſtis relinquere cogetur, ſimulq; eum proſterneris.

FORMA STERNENDI CONTRA VISVS IM" PVLSVM .

42



AD regendum pugione athleticè, in hunc habitu modò prenomi" natum ea ratione te componas : Pedem ſiniſtru præfigas, atq; pugione manu ſiniſtra animoſè contineas . At ſi hoſtis aduerſus te pede dextru præpoſuerit, tu interius pectus eius mucrone haurias, interim uero pu" gionem in ſiniſtra manu conſiſtentem, ſupra dextru brachiu circa mu" ſculos dirigas, ita ut pugio iuxta axillam hoſtis dextram promieat, inde aut manu dextra, exterius correpto ipius pede, ſurſum leuato, ſuperne aut ſupprimito, et hoſtem proſternes, eoq; negotio confecto omnes labores aduerſarius fruſtra ſuſcipiet.

QVOMODO HOSTIS EX HABITV FORPICIS SIT PROSTERNENDVS



AD eam forma ita te accommodes licebit, dextrum præpones, atq; prope ad hoſtem in prima pugionū coniunctione procedas. At ſi is uiciſsim conſtiterit dextrū itidem ꝑponens contra te, pungatq; ſimul tecū, pugionemq; tuū contigerit, retro hoſtem pedem ſiniſtrum colloces, et manu lœua eius cubito dextro adprehenſo, eū ea ratione remoueas, dextrā uero ſupra humerū hoſtis dirigas, pectoriq; eius adplicabis eam. Verū ſi te is eodem modo apprehenderit, ut te proſternat, pugionis mucronem inter pedem utrūq; tuū pungendo in pudenda aduerſarij ingeras. Sin aut is te eadem ratione fuerit adgreſsus, tu manu ſiniſtra, eius dextra correpta, pronum in faciem aduerſarium precipitabis.

QVO PACTO ADVERSARIVS PROSTRATVS CAPTIVVS TENERI SOLEAT.

44



SI pugionibus athletice regendis conceſseritis, paritera pugiones mutuò contigeritis, et ad habitu ſternendi uos paraſtis: Sic te compones, cu utriq; concidiſtis ita, ut aduerſarij caput inter pedem tuu utruq; interiaceat, pudendis eius manu ſiniſtra adplicato, dextram uero eius axillæ dextræ ſupponito ultra dextru hoſtis brachiu regendo, ea ratione id fiat, ut eius pugio, brachio dextro tuo incumbat, inde genua eius pectori prope collum imprimito, ut ſiniſtra itidem manus pondere pedis tui captiuetur. Sed ſi circum collum tuum is pedem ſuu dextru injcere molitur, tum manu ſiniſtra pudenda eius firmiter ſupprimas, et ea ratione captiuu retines hoſtem, absq; ullo corporis tui detrimento.

APPREHENDENDI ADVERSARII HABIT⁹.
VNDE PER PVGIONEM STERNITVR HOSTIS.

45



Hoc modo te ad hoc certaminis genus prepares, dextrum pedē prēponito, arrepto pugiōe dextra manu, mucro contra hostem sit cōuersus, inde sinistro pede intrò progressus, atq; aduersus eum, pugionē dirigito in forma punctiōis supnę, quasi uisū uel pectus puncturus. Sin hostis idem cōtra te moliat, in libra cōsistentē, ꝑponentemq; dextr. brachijs cancellatis, nec non pugionem externè brachiū imposueris, tū ex forma forpicis sinistro pede digreditor uersus hostem, inde celerrime sub eius pede sinistro, quē hostis prēposuit, punctionem dirigas interne, iuxta poplitem ut pugio exeat ita, ut ipsius mucro externè sursum uergat. Verū in progressu sinister pes tuus, aduersarij dextrę molę proxime iungat curabis, Corpusq; tuū utrisq; eius pedibus interponat. ex ea igitur corporis positiōe, subleuato celeriter pedē hostis, sinistra autem collū ipsius anterius corripito, eodemq; habitu supnè repellito, infernè uero si pedem ipsius leuaris supinū hostem prosternes. Sed si tu pari modo fueris ab aduersario correptus, tū læua tua manu brachiū ipsius internè adꝑhendas, eo pro uiribus subꝑsso, pūctiōe supna uisū seu pectus ipsius si totis animi viribus adpetieris te liberasti, ne possis prosterni.

ALIA STERNENDI RATIO PER PVGIONEM.



SI uterq; digladiando ad inuicem peruenistis ea ratiõe, ut pes tuus sinister sit prepositus consistens in libra inferiori, pugionem dextra manu tenens, tum externè pugionem brachio dextro imponas, atq; eum in custodia iuxta dextr. pedem cõtineto. Verum si aduersarius pari ratione in libra consistit in tuo conspectu, iunctisq; tibijs rectus in habitu supnę punctionis mucronem contra aduersarium conuerteris, tunc pedem sinistrum, ipsius itidem sinistro pręponas, atq; supernè uisum ipsius pungas. Sed si is idem contra te usurparit, manu sinistra brachiũ ipsius dextr. corripias, atq; celeriter pedi eius sinistro pugiõe adplicato, eundem pedem leuato, supernè uero cum manu loeua, hostis dextram sursum locuaris ea itaq; ratione ipsũ infirmũ reddidisti, nec non prosternere hostem poteris. Cum uero hostis pari modo te adprehenderit, tum subito sinistra manu inuersa per humerum aduersarij sinistr. directa, collũ eius circundes, post si pro animi uiribus uersũ te adtraxeris, is unà tecũ corruet. Verũ si is tuũ collũ pari ratiõe corripuerit, teq; secũ sternere cõet, tũ sinistrã ab eius manu dextra remoue, atq; eadẽ brachiũ mediũ ipsius internè verberes sinistrorsũ, et ea ratiõe brachiũ, quo collũ tuũ adphenderat remouebit, nec nõ & tu liberatus es.

INTERCLVSIONIS MODVS PER PVGIONEM IVXTA CERVICEM.

47



QVVM utriq; ſiniſtrum pedem antepoſuiſtis, et erecti cõſiſtitis in mutuo cõſpectu, tu aũt pugionem dextra contines manu, pollice nodo pugionis adplicato, brachiũ in forma punctiõis ſupnę ſublatũ, mucrone cõtra aduerſariũ conuerſo, tũ de ſupernę uiſũ eius punctiõe notes, uerũ ut ea punctio uehementior et efficatior fiat, in ipſo actu dextro cõtra ipſũ ingreditor pede. Sin is taliter te fuerit adgreſſus ſiniſtr. ꝑponentẽ, et cõſiſtas corpore erecto, pugionẽ iuxta capulũ dextra manu tenes, tum ſiniſtra ſtrictũ pugionem iuxta mucronẽ corripias, inde directis ſurſum brachijs eius impetui obuiato, atq; cum intra manũ utranq; excipito, poſt dextr. pedem intro aduerſus hoſtẽ colloces, hoc peracto, pugionem inter utrunq; brachiũ eius ſupinjcito, eaq; ratiõe captiuato, nec non fortiter altera manu mucronẽ, altera uero capulũ teneto, eo autẽ modo collũ hoſtis pro animi viribus adtrahas deorſum uerſus, et ita ipſũ proſternere poteris. Cum uero hoſtis pari te ratione corripuerit, tum brachiũ tuũ ĩmutato dextrũ, atq; de ſupernè anteuerſũ brachiũ ipſius locuũ fodito, inde manu ſiniſtra, interne brachium eius prope manum adꝑhendito, eodem habitu repellito in latus alter., poſt autem corpus de latere tuo ſiniſtro dextrorſum flectas infernè quantũ poteris, atq; eo modo te liberabis.

STERNENDI RATIO PER PVGIONEM.



CVM dextrum pedem prepoſueris, atq; in libram corpus proclinaris deorſum, ſiniſtro brachio ſuper impoſita dextro pro pectore in habitu forpicis, pugionẽ dextra manu continens in capulo, mucrone ſurſum uergente. Sed ſi is, ſcilicet aduerſarius in libera inferna fuerit cõſtitutus brachijs porrectis te dextr, pedem prẽponente, capulũ pugionis dextra tenente, pollice ſuper nodo adplicato, manu ſupra caput eleuata, tũ pede dextro aduerſus hoſtẽ intrò progreditor, atq; uiſũ uel pectus de ſupnè hoſtis fodito. Id ſi aduerſarius ſit cõutus cõ te, in libra inferna cõſiſtentẽ brachijs cancellatis, locuã tollas manũ ſurſũ, dextro ipſius brachio obuiã, cubito itaq; eius adpḧenſo, ſiniſtr, pedem, hoſtis dextro externè prẽponas, pugione inde externè ſub poplitibus tranſmiſſo, brachiũ ex eo habitu pro uiribus attollas, ſiniſtra uero manu, brachio eius repulſo, ſupinus corruet, nam ſupernè nec non et infernè intercluſus eſt, atq; infirmatus.

INDEX HABITVVM

Pugionis.

A

Apprehendendi aduersarij habitu, unde per pugionem hostis sternitur. folio. 45.

Per pugionem Sternendi alia ratio . 46.

Auersiones Interiores duę latere dextro. 3.

Aliius precedentis modus. folio . 4.

Auersionis inferne habitus contra supernum Impulsu, quo visus adpetit. 6.

Auersionis effigies ex habitu Forpicis contra Impulsu sinistru, quo visus adpetit. 8.

Auersio contra Impulsum, quo pudenda impetuntur. Folio. 30.

B

Brachij Infringendi forma, addito Visus Impulsu: Folio. 20.

Brachij infringendi modus, adhibita forma hostis sternendi ex habitu, per quem pes aduersarij pedi injicitur. folio. 27.

Brachio loeso Pugionis hostilis sursum flectendi habitus, adhibita sternedi forma. 21.

Brachij hostis externe infringendi forma, unde eiusdem sternendi habitu infringitur. 11.

C

Contactus vel Coniunctio pugionupria. 1.

Conuertendi hostis Ratio. folio. 23.

Conuerti aduersarius qualiter possit, adito etia habitu eiusdem prosternendi. 39.

Conuersor cu habitu hostis sternendi. 32.

D

Defensio ex Fortitudine contra Impul„ sum, quo visus foditur. Folio. 12.

E

Extorquendi pugionis effigies. folio. 24.

Extorquendi pugionis cancellatim ratio. 25.

Extorquendi pugionis ratio cum bra„ chij ruptione. Folio. 35.

F

Forpicis habitus et effigies contra Auersio„ nem, addita Intorsionis forma. folio. 10.

Forpicis habitus adhibita forma, vnde pugionem hostis manu obruere licet. fol: 36.

Forpicis ex habitu quomodo hos tis sterniendus sit. Folio. 43.

I

Impulsus Liberi habitus contra eum Im„ pulsum, qui sursum reoitur. folio. 7.

Inoressus addito habitu pternendi hostis. 16.

Inoressus, vnde habitus infringendi bra„ chij pcedit. Folio. 18.

Inoressus, addito modo brachij externe infringendi. Folio. 29.

Inoressus cum habitu disrumpendi brachij. 41.

Intercluſionis modus per pugionem iuxta Ceruicem. Folio. 47.

Interiores Auersiones due alię, vnde in„ fringendorū brachior habitus formant. 4.

Intorsionis forma, vnde brachij con„ fringendi modus formatur. Folio. 14.

L

Liberi Impulsus habitus contra eum Impulsum, qui sursum reoitur. folio. 7.

M

Manus comprimendj habitus, vnde hostis potest sterni, Folio. 26.

P

Pectoris Impulsus, addito eo, q° pudenda impetuntur. Folio. 17.

Pectoris Impulsus contra forma Auersiois. 22.

Prosternendi ratio ex Iniectione pedis contra supernam Auersionem. Folio. 33.

Prostratus quo pacto captiuus retineri soleat. Folio. 44

Pudenda quo petuntur Impetus, contra visus Impulsum. Folio. 15.

Pudenda quo impetuntur habitus, ad, hibita hostis sternendi forma. folio. 19.

Puncho contra Auersionem. folio. 2.

S

Sternendi aduersary modus, addito habitu, quo hostis conuertitur. Fol: 13.

Sternendi ratio ex Iniectione pedis, vnde formatur brachy rumpendi habitus. 34.

Sternendi habit contra visus Impulsum. 38.

Sternendi hostis mod. folio. 40.

Sternendi forma contra visus Impulsum. 42.

Sternendi per pugionem effigies. folio: 48.

V

Visus quo adpetitur Impulsus, addito in„ ferne Auersionis habitu. folio. 5.

Visus quo sauciatur Impulsus, addito modo per quem hostis prosterni potest. folio. 9.

Visus Impulsus contra habitu Forpicis, hoc est cum manus more Forpicis constituuntur. 28.

Visus Impulsus duo. folio: 31.

Visus Impulsus, addito brachij infringendi habitu. 37.

INSTRVCTIO QVAM II qui pugione studeant athleticam exercere, diligenter obseruare debent.

PRÆCIPA cura tibi sit, omnes punctiones, q̃ per pugione fiunt, ita nauiter excipiendas esse, ut corpus nulla ex parte vulneretur. quo autem id quam diligentissime peragi queat, id est ut hostiles impetus repellas, eumq; ipsum intercludas, accuratè lucta utêris: obseruandũ etiam hoc est, ut semper cubitus eius manus, quà pungitur, impulsũ sequatur, nam impulsus ea ratione uehementior efficietur. Quare opus erit illi in primis, qui his subsequentibus habitibus uti uolet, eosq; exercere, ut eius rei sit studiosissimus, atq; imperterritus hostem adgrediatur curans inde iugiter qui habitus sint exercendi, idq; semper fiat ex athletę suma industria et celeritate. Ita igitur euenìet, ut magnã gloriam tibi parias, omnẽ autẽ aduersario prẽripias. Quicunq; autẽ eos exercere conarentur prẽceptionum istarum, q̃ subsequenter describentur, imperiti atq; ignari, ij certe sibi nihil aliud parient, quam dedecus, et demum ex palęstra explosi ab omnibus discedere cogentur.

ALIA ITEM ADMONITIO.

SI cum aduersario decertes, quàm proxime illum accedito, semper sinistrum pedem prẽponens, sinistram manũ pectori anterius apponito, atq; accurate obseruato, qualiter pugione hostis contineat, si igitur ea ratione corripuerit, ut nudus infernè de manu sursum uergat, supernè appetere te conabitur, verum si eam manum qua pugionem tenet, retraxerit, pectori anterius admouerit, alteroq; pede propius accesserit, tu media punctione usurpaturus est. Sin autem pugionem ea ratione adprehenderit, ut mucro supernè iuxta brachium exeat, ab infernè te adpetiturus est. qualicunq; igitur ratione uideris aduersarium utentem, iuxta id te compones, tum

etiam si quam proximè accesseris, hostis impetus uehemens esse nequibit: obseruabis quoq; nauiter, ut hosti pugionem extorqueas, uel idsi effi- cere non poteris, saltem ut semper remoueas.

SEQVVNTVR REGVÆ SEP- tem ad pugionis pertinentes habitus.

PRIMA

QVVM quispiam aduersarius è superniè contra uisum uel pectus pun- gat, brachio sinistro producto, sinistra item manu ab intrinsecus, brachiu ipsius dextrum externè si corripueris, idq; in latus tuum sinistrum uehe- mentius compresseris, uisum ipsius, pugione tuo pungas.

SECVNDA.

SI hostis se præparauerit tanq; uisum puncturus sit, uerum sponte errauerit, et pòst fodere latus conetur tuum; tum punctionem brachio excipito sinistro, atq; ab infernè sursum sinistram manum super manum aduersarij dextram dirigas, pectoriq; inde adiunxeris pro uiribus, pu- gione uisum hostilem adpetas.

TERCIA REGVLA.

2

CVM aduersarius pugionem ita contineat, ut lamina pugionis pollici sit adiunctus, nec non supernè uisum adpetere conetur, tunc ab infernè manu sinistra sursum directa intra brachium dextrum aduersarij, externè autem supra manum ipsius dextram, atq; manum eandem pugionem tenentem axilla tua sinistra captiuabis, post autem pugionem tuum illius corpori adponito.

QVARTA.

ITEM si aduersarius pugionem rursus corripuerit lamina rotunda iuxta pollicem consistente, atq; latus tuum pungere uel pubem conetur, manum sinistram è supernè deorsum demittas, inde aut pugione, sub manum ipsius dextram deorsum pungas, dextra autem manu attollas, atq; si pectori tuo adpreſseris, in dextrū latus tuū teſtati conferas.

QVINTA.

QVVM aduersarius ea ratione pugionem adprehenderit, ut lamina ipsius iuxta digitum auricularem consistat, atq; è supernè deorsum pungat, tu correpto tuo itidem pugione, ab inferne laterris sinis tri

tui ſurſum pungito contra ipſius hoſtis punctionem ſupra manu eius dextram: inde uero manum ſiniſtram pugioni tuo ſtricto paulò infra dextram ſi adplicaris, firmiterq; brachium, hoſtis brachio ſi adiunxeris urgendo totis uiribus ſupprimas, et is habitus à multis ignoratur.

SEXTA.

QVVM aduerſarius pugionem ſtrinxerit, te non dum pugionem tuum educente, atq; is ſuperne te pungere molitur, ab inferne brachium ſi ſuſtuleris dextrum dextra manu tua, ipſius itidem dextram circa iun-
cturam corripias, ſiniſtram uero ab inferne ſupra cubitu hoſtis dextru
injcias, attractoq; brachio per ſiniſtru brachium tuum, hoſtem ea condi-
tione proſternas.

SEPTIMA ET VLTIMA.

Regula.

SI hoſtis preuenerit te ſtringendo pugione, atq; ſuperne fodere te co-
nabitur, brachio ſiniſtro tu punctionem eam excipito, nec non ab inferne
ſuper brachium aduerſarij dextrum dirigas, inde ſi compreſſeris in la-
tus ſiniſtrum tuum, et ab hoſte recedere in latus tuum dextrum memi-

neris, atq; hac ratione brachium eius confringes. Verum si eum supinu& reijcere uoles, tum dextro pede in latus sinistrum tuum resilias, subijci- asq; manum dextram, hostis brachio itidem dextro, et hoc modo per coxam præcipitando prosternes.

NVNC SEQVVNTVR ALI„

quot habitus de punctione superna,

HOSTE contra te punctionem supernam exercente, tu pedem sinistrum præponas, atq; totis uiribus de pectore punctionem ipsius repellas, in tui defensione remanens fortiter, uerum celeriter manum dextram si retro dextrum aduersarij brachium collocaris ab inferne sur„ sum regendo, eadem ipsius manum sinistram corripito, inde uero si abs te represseris, brachium disrumpes hosti. Id denig; obseruato, si ea rati„ one manum transmiseris ab inferne uersus manum tuam, tunc suppri„ mas, atq; inde etia pugionem extorquebis aduersario sinistra manu.

ALIA EFFIGIES.

QVVM hostis superna punctione aduersus te utitur, totis ani„ mi uiribus, hoc est, obiecto brachio cum pugione impetu ipius exci„

pito, quamprimũ autem id factum eſt, curabis, ut ſuper ipſius bra-
chio tuũ circumflectas, ita ut ſiniſtra manus rurſum pectori ad-
moueatur, cubitum etiam eidem adprimas.

ALIA.

ADVERSARO ſupernam punctionem exercente, tu exci-
pito dextra manu totis uiribus obiecto brachio, reſiſtasq; in tui de-
fenſione, ſiniſtrum uero brachium, dextro ipſius hoſtis brachio fir-
miter injcias ſecundum cubitum, ea itaq; ratione reprimas abs te,
inde ſi ſuperne circumflectas, brachium eius diſrumpes.

SEDVCTIO SVPER ID, SI

quis ſupraſcriptum habitum excipere conetur.

VSQ; ad ipſius aduerſarij defenſionem pungito, uerum poſt
nodum inferne tranſmittas, colloq; eius adplices, ſiniſtram uero ma-
num celeriter ſub brachio dextro tuo tranſigas, inde mucronem pugio-
nis arripias, atq; ſi ante te ſupprimas, collum aduerſarij proſcindes.

RATIO EVM HABITVM.

infringendi,

SI quispiam pugionem suum collo tuo adplicarit, tu dextro ipsius cubito manu sinistram supponas, dextra uero corripias ipius brachiu itidem dextrum in medio, eoq; habitu supprimas, sinistra aut supernè si pro uiribus sustuleris, aduersarius supinus concidet.

PVNCTIO SVPERNA.

QVVM is, qui contra te pugnat superna punctione usus fuerit, pectusq; tuum sinistra manu corripuerit, tum manu sinistrâ brachio ipsius itidem sinistro super imponas, atq; totis animi uiribus punctione hostilem excipito: dextra autem, ipsius sinistram de pectore tuo remoueas, uerum in ipso repulsu dextram manum collo ipsius circumjcias, uel naso hostili adplices, inde subito pedem dextrum, sinistro ipsius postponito, nec non manu tua sinistra pedem eius sinistrum paulo supra genu si adpræhenderis per pedem dextrum tuum hostem animosè precipites.

SEQVITVR RVRSVS

punctionis supernæ effigies alia.

QVVM hostis supernam punctionem exerceat contra te dextrum pedem præponentem, manu dextra ipsius impetum remoueto, atq; in defensione fortis remaneto, uerum manum sinistram externè brachio aduersarij sini-

ſtro ſuperinijcias, ea itaq; ratione inter utriusq; brachia, dextrum brachiu corripito ante cubitum, inde, ſurſum torqueas atq; retrorſum, ſuper ipiius brachium dextrum, id ſi rite feceris, brachium ipſi diſrumpes.

ALIA PVNCTIO SVPERA.

CVM conſpexeris punxiſſe hoſtem ſupernam punctionem, tu fortiter pugione tuo de pectore repellas impetum hoſtilem, ſiniſtrum brachium, ex- ternè ſuper ipſius dextrum injcias, et deprimas, Pugione uero ſuperne totis uiribus propellas, pugionem extorquebis, nec non captiuum hoſtem tenere licebit.

ALIA PRÆCEDENTIS.

SI etiam hac in pugna uſus contra te fuerit punctione ſuperna aduerſari&, tu pari modo, quo ſupra es uſus, eum repellas, atq; ſiniſtrum brachium in- ternè ſuperinijcias dextro hoſtis brachio, inde circumflectas ut manus tua ſiniſtra rurſus pectori admoueatur.

ALIA.

ADVERSARII punctionem supernam utraq; manu pugionem tenente excipito, ita ut tutela seu tui defensio in medio pugione consistat, Si igitur id rite perfeceris utraq; manu circumtorqueas pugionem super hostis brachium dextrum, atq; si circumrotaris penitus, pugione ipsi hosti extorqbis.

ALIA.

ADVERSARII punctionem uacua manu sinistra excipito, dextram autem manum inter utrumq; ipsius pedem traijcias, nodus tamen ut preceſſerit, pugioneq; dextrum pedem corripias, atq; sinistra manu firmiter si attraxeris, supernè uero propuleris, hostem prosternes supinum.

SEDVCTIO, VEL DECEPTIO

SI quispiam sinistra manu punctionem tuam excipere conetur, tu diligenter obseruato, cum ad defensionem ipsius pungendo peruene ris, auerso pugione, eum transigas inferne, circumq; collum hostis ponas uel dirigas, atq; manu sinistra mucronem corripias, inde si suppreſſeris, uictoriam facile obtinebis.

SVPERIORIS HABITVS
destructio

SI quiſpiam collo tuo appoſuerit pugionem, tu manum dextra tua, brachio ſiniſtro eiuſdem ſuperimponas, ſiniſtram uero cubito dextro hoſtis ſubponas, atq; ex eo habitu ſubleues acriter, ueru ſi firmiter dextra manu depreſſeris, eius impetum in nihilum rediges.

PVNCTIO SVPERNA.

SI præpoſueris pedem dextrum, et aduerſarius uſus fuerit punctione ſuperna, tum dextra manu hoſtilem uim excipito, nec non brachium ſiniſtrum, dextro ipſius ſuperinijcias, atq; ea ratione ſurſu attollas.

ALIA.

QVVM aduerſarius ſupernam punctionem uſurparit, utraq; manu pugionem continente eam excipito ut ſupra inſtructus es, Verū in ipſo exceptionis actu totis uiribus repellas, atq; ſiniſtra manu fortiter cubitum aduerſarij dextrum impellas.

ALIA FORMA.

SI hostis rursum usus fuerit punctione superna, tunc pugionem dextro brachio imponas tuo, dextrum pedem præponens, et in exceptionis habitu pugione rotato ita ut mucro ipsius, dextro hostis brachio adplicetur, inde si recesseris, in latus tuum dextrum supprimas. Item uim hostilem ut antea excipias, et cum torquere pugionem uolueris, manu sinistra corripias mucronem, atq; in latus dextrum tuum conuellas totis uiribus.

DESTRVCTIO PRIORIS habitus.

HOSTILEM impetum firmiter excipito, ut ante instructus es, et in ipsa exceptione sinistra manu, ipsius dextram corripito, pugioneq; ut ante torqueas, sed sinistrorsum manu utraq; si impuleris, pugionem hosti extorquebis.

ALIA DESTRVCTIONIS forma.

PARI ratione, ut prius, hostilem impetum excipito, uerum in ipso exceptionis habitu, brachium sinistrum, aduersarij dextro injcias, inde si pro uiribus deorsum suppresseris, pugione tuo brachium ipsius deprimendo protrudas.

PVNCTIONIS SVPERNÆ effigies.

SI aduersarius commemorata modò punctione utitur, ab infernè dextram manum sursum sub ipsius itidem dextram dirigas, et brachium eius adprehendas, sinistram uero manum brachio dextro superinjcias reiecto pugione, atq; ea ratione hosti pugionem eripis, uel per alterũ pedem sternere licebit.

ALIA PRÆCEDENTIS forma.

QVVM contra te supernam punctionem exerceat aduersarius, tũ sinistram manum, hostis dextræ subijcito prope pugionem, firmiterq; teneas, dextram pugioni medio si adplicaris, sursumq; sustuleris, pugionem hostis manibus extorquebis.

PRIORIS HABITVS destructio,

QVVM hostis pari ratione pugionem extorquere molitur, si igitur manum tuam adprehendere conetur, eam subito eleues, atq; si manu sinistra, ipsius brachium sinistrum concusseris, pugionem tuum retinere poteris.

SVPERNA PVNCTIO.

7

SI aduersarius utatur punctione prædicta, tunc manum sinistram, dextræ hostis subijcias sub pugionem, dextram autem stricto uel medio pugioni adplices, et sursum attollas, atq; ea conditione pugionem eius extorquebis. Inde autem dextro prde hostem accedas propius, pòst si sinistra manu propuleris, terga tibi prębere aduersarius cogetur.

ALIA

SI rursus eodem habitu hostis contra te utatur, tum manum utranq; uentri cancellatim adpomito, dextra uero sinistræ superimposita, pes dexter sit prefixus, et cum punxerit, utranq; tollas sub pugionem ipius injciendo, eaq; ratione hostilem impetum excipias, at subitò manu sinistra, dextrum ipsius brachium corripito, inde si circumflectas brachium, pugionem extorquebis.

ALIA

QVVM quispiam supernam contra te punctionem exerceat, tu manum sinistram subijcito ipsius dextræ, et brachium hostis adprehendas, dextra manu pugionem medium, supernè pugionis cuspidem uersum pectus ipsius conuertas, ex ea igitur forma is pugionem concedere coget:

uerum diligenter curabis, ſi amiſerit aduerſarius pugionem, ne alterum pedem retro te ponat, atq; per eundem te proijciat.

SIN autem proſpexeris hoſtem eadem ratione uti molientem contra te, tum tu pedem illi poſtponas, atq; proſternere conaberis.

PVNCTIO SVPERNA.

QVVM aduerſarius quaſi ſupernè puncturus, pugionem corripuerit, tu pari ratione tuum adprehendito, atq; brachio dextro leuato, idem dextrę aduerſarij manui ſubijcias, ita tamen, ut pugio tuus brachio impoſitus ſit, et ſi ſuper brachium dextrum tuum direxerit pungendo, tum manui ipſius dextræ mucronem tui pugionis circumijcias, ſiniſtram uero dextræ eius ſubponas, atq; pugionem iuxta mucronem ſi corripueris, nec non ſuperſeris, brachium hoſti diſrumpes.

DESTRVCTIO HABITVS, ſuperioris

SI quis habitum ſupra modò deſcriptum contra te uti uolet, hoc modo eum repellas licebit, cum aduerſarius manus tuas pari ratione corripuerit pugione ſuo, tum contra ipſum dextro pede concedas, et manu ſini-

ſtra ſub brachijs hoſtis utriſq;, utranq; pugionis tui cuſpidem corripito, inde ſi fortiter attraxeris, partes priores facile obtinebis.

ALIA FORMA SVPER

næ punctionis et quidem optima.

IN habitu ſuperne punctionis pugionem tuum corripias atq; ſini-ſtrum pedem præfigas, ſimulans quaſi uiſum ex latere ſiniſtro pungere uelis, uerũ pugionem tranſmittas in latus ipſius dextrum circa collum ponendo, ſiniſtra uero, aduerſarij pugionem iuxta nodum adprehẽdas, ita ut dextra tua ſiniſtræ ſubijciatur, brachium itaq; ſi compreſſeris, ho-ſtemq; adpreſſeris, eum mucrone tranſuerberabis.

EIVSDEM DESTRVCTIO

SI quiſpiam contra te utatur habitu prædicto, diligenter obſeruato, ſi aduerſarius pugionem tranſmiſerit in latus dextrum, ut dextrum bra-chium ab inferne ipſius itidem dextro circumijcias, inde autem propel-las, uel brachium diſrumpas, inſuper hoſtem ſternere poteris, ſi uo-les.

SEQVVNTVR NVNC HABI„

tus optimi quos pugione exerceas, per quos hostes prosterni poterunt.

RATIO STERNENDI HOSTIS

per pugionem.

QVVM quispiam ueloci cursu tibi occurrarit, teq; figere superna uel infera punctione molitur, diligenter prouideas, si aduersarius punctionem direxerit, ut sinistra manu dextram ipsius corripias, uersumq; te attrahas, sin is dorsum tibi prębuerit, tum sinistram manum tuam retrorsum collo hostis adplices, et pugionem inter pedem ipsius utrunq; transmittas, inde si uersum te attraxeris, aduersarius concidet.

ANTECEDENTIS DESTRVCTIO

ADVERSARI° contra te habitu modò cõmemoratũ exercẽte curabis accurate, si dextram corripere tuã conetur, ut subito uersus te attrahas, pedem inde sinistrũ, ipsius itidem sinistro postponas, atq; abs te protrudito, et ea ratione corruet hostis, atq; te liberabis.

RATIO STENENDI HOSTIS

anterius per pedes

QVVM aduersarius è superne punctionem dirigat, sinistra manũ

lateri eius dextro injcias: ſin autem ab inferne pungere molitur, tu ſiniſtra, ipſius dextræ ſuperimponas, atq; ea ratione ipſius impetum prepedies, Inde ſiniſtram manum collo hoſtis applices, dextra inter pedes eius anterius punctionem dirigas ita, vt pugio utrunq; amplectatur pedem, ſi igitur pugionem adte attraxeris, aduerſarius concidet.

PRÆCEDENTIIS DESTRVCTIO

SI quiſpiam commemoratum modò habitu contra te exercere moliatur, curato, ſi inter pedes tuos inſerere pugione conetur, ut anteriori pede cocedas retrorſum, atq; ſiniſtra manu, eius dextram pugionem continentem adprehendas, inde ſi attraxeris, uel propuleris, loedi ab hoſte nequibis.

RATIO VTRAQ. MANV

adpræhendendi hoſtis brachium dextrũ

QVVM aduerſarius ueloci paſſu contra te muehitur, ſuperna puncho-nem contra te uſurpans, tunc utraq; manu, ipſius brachium dextrũ cor-ripito, et ſupprimas, uel operam dabis, ut eum per pedem præpoſitum deijcias.

DESTRVCTIO SVPERIORIS

HOSTE

habitu modo descripto utente, tu dum brachium tuum adprehenderit, moraberis, et si id fuerit effectum, manum sinistram, brachio ipsius utriq; superinjcias, dextram pugionem continentem attrahas, atq; ea ratione ad partes obtinendas priores te accommodaris.

ALIVS PER PVGIONEM

sternendi habitus.

SI *nudus uel armis indutus in conspectu hostis consiteris, et is faciem uel buculam pungere molitur, tum sinistram manum brachio ipius dextro circumjcias, dextram uero collo ipsius adplices, inde autem dextrum pedem ipsius itidem dextro postponas, uel brachium eius circumflectas, atq; ea ratione extorquebis pugionem, nec non simul hostem prosternere poteris.*

LIBRÆ HABITVS CONTRA

pedes et brachia.

CVM *quis è superne contra te punctionem direxerit, brachium hostis dextrum ab inferne sursum regendo, manu sinistra adprehendito, dextra manu firmiter teneas, inde si anteriorem pedem aduersarij attraxeris, ipsu concidere oportebit.*

ANTECEDENTIS DESTRVCTIO.

QVVM quispiam aduersum te habitum prescriptum exercere uolet, tum pugionem super brachium transmittas, pedemq; pariter cum pugione ut supra prescriptum est, adducas, atq; eo modo ad partes priores obtinendas te adaptabis.

RATIO APPRÆHENDENDI

brachij addito item sternendi habitu.

SI aduersarius te superna punctione adgredi conetur, tum moraberis, donec perficere eam molitur, atq; brachium sinistrum ab infernè sursum leues, ita ut manus sub aduersarij brachio dextro sit clausa, et brachium sinistrum ab infernè, brachio hostis dextro circumijcias, inde si pectori tuo adpresseris totis uiribus, contra hostem concertato supernè et infernè pro tuo arbitrio.

DESTRVCTIO

SI hostis eundem contra te habitum pari ratione exercere studeat, tum moraberis, ut si habitu prescripto uti molitur, subito manum tuam adtrahas, uel si mauis, sinistrum pedem, ipsius itidem sinistro postponas, inde si sinistra manu collum ipsius impegeris, concidet.

BRACHIVM ET CVBITVM
corripiendi ratio.

CVM hostis rursus superna punctione utitur, tum brachiu sinistrum, hostis dextræ manui subijcias, atq; brachium aduersarij manu dextra sub cubito ipsius dextro corripias, inde si sursum torqueas, libram habebis, uerum post hac dextrum pedem sinistro eius postponas, atq; ea ratione eu prosternas.

ANTECEDENTIS DESTRVCTIO.

CVM eum habitum destruere uolueris, tum curabis, si brachium tuum corripere aduersarius tentarit, pugione tuo brachium ipsius circundes, inde si attraxeris, nec non pugno mentum ipsius impuleris, impetus ipsius destructus est.

ALIVS STERNENDI RATIO.

SI quispiam tibi incurrat pugione, tu reiecto pugione, sinistrum pedem prosiliendo preponas aduersarij dextro, lumbos ipsius retrorsum brachio sinistro circundato, post si eum in coxam sinistram imposueris, pronu hostem prosternas.

ALIVS STRNENDI HABITVS

QVVM hostis incurrendo supernè te preuenerit, tu dextra pugionem

contineto, inde capite sub eius brachio dextro transcurras, et reiecto pugione, pes dexter tuus remaneat iuxta ipsius itidem dextrum, uerum brachio dextro retrorsum ilia ipsius circundabis, inde autem si ipsum in dextram coxam assumpseris, supinum proïcias, atq; eo modo te ab hoste liberabis, tum ex quibuscunq; habitibus placebit, cum eo concertes, resurgere etiam uetabis.

RATIO SE DEFENDENDI

manu Vacua.

SI aduersarius supernam punctionem exerceat aduersus te, tu utranq; manum brachio ipsius obïcias, et supprimas, uel si opportunum tibi fuerit et facultas data, curabis ut per alterum pedem prosternas.

DESTRVCTIO

CVM hostis brachium tuum corripuerit, tum manum sinistram brachio eius utriq; superinïcias, dextramq; qua pugionem contines uersum te si attraxeris, priores partes obtinebis.

PVNCTIO SVPERNA

SI is, qui contra te progreditur ſuperna punctione utitur, tu manum ſiniſtram brachio ipſius dextro ſubijcito, idemq; adprehendito, manu uero dextram eius collo adplices, inde ſi dextrum, dextro itidem hoſtis pedi poſtpoſueris, eum proſternes, uel ſi brachium eius rotaris, pugione ipſi extorquebis.

ANTECEDENTIS ELVSIO

SI quis extorquere pugionem pari ratione ſtudeat, tum pugionem tuum ſuper brachium eius dirigas, ſiniſtra manu, dextram eius de collo remoueas, inde ſi pugionem, pedemq; attraxeris, rurſus partes potiores retinere poteris.

VEL cum aduerſarius itidem punctionem ſupernam uſurpet, tunc manu ſiniſtra brachium hoſtis dextrum ab inferne ſurſum dirigendo adprehendas, atq; pedem ipſius prepoſitum firmiter manu dextra corripias, ſi ea ratione attraxeris, hoſtis concidet.

EXTORVENDI PVGIONIS

ratio in habitu ſuperne punctionis.

CVM hoſtis educendo pugione te præuenerit, atq; ſupernam punctionem contra te uſurpet, tum manum ſiniſtram, ipſius dextræ ſubijcias prope pugionem, et totis uiribus teneas, uerum dextram manum conuerſam pugioni adplices, inde ſi ſurſum torſeris, pugionem hoſti extorſiſti.

RATIO BRACHŸ HOSTIS corripiendi:

SI is rursum punctionem contra te supernam exerceat, caput tuum uel pectus adpetens, tunc ab infernè manum dextram inuersam, manui itidem ipsius dextrę subijcito, brachiumq; ipsius amplectitor, sinistram uero super" injcias brachio dextro, eumq; ad te comprimas, brachio autem dextro pu" gionem remoueto, et ea ratione hosti pugio est euulsus, uel si uoluerıs, per pedem præpositum eum prosternas.

SEQVVNTVR IAM MEDIÆ punctiones.

SI quis pugionē in habitu punctionis supernę corripuerit, uerum pectori manū admouerit, tū media punctione hostis utetur, quare subiecta sinistra, ipsius dextræ sub pugionem, hostē repellas, atq; dextra inuersa medio pu" gioni applices, inde si sustuleris, pugionem eripies hosti. Pòst dextro pede contra ipsū progreditor, et manu sinistra aduersarium propellas, atq; eo mo" do dorsum uertere uel prebere cogetur, inde aut quicquid lubet, utitor.

RATIO HOSTIS STERNEN" di ex media punctione.

SI aduersarius de pectore punctionem mediam formarit, tum curabis antequam punctio perficiatur, manum dextram, ipsius dextræ retro pu" gionem adiungas, et manu sinistra, dextrum cubitum arripias, pòst si pedem ipsi alterum præposueris, aduersarius concidet.

DESTRVCTIO ANTECEDENTIS

EVM habitum si uoles eludere, curabis si hostis te, ut supra prescriptu est, corripuerit, ut manu sinistra ab inferne sursum regendo, ipsius dextram repellas, hinc fiet, ut tibi rursum pungere liceat.

STERNENDI ADVERSARY

habitus.

SI quis te adgreditur media punctione, tunc sub pugione manum ipsius dextram, tua itidem dextra corripias, sinistram uero collo eius anterius applices, hinc per pedem prepositum hostem prosternas: Eum uero habitu eludere poteris, ut supra modo scriptum est, ubi mentio facta corripiendi cubiti sinistra manu.

SEQVVNTVR ALIQVOT

habitus optimi ex infera punctione.

DESTRVCTIO PVNCTIONIS

infernæ.

SQuis ab inferne te pungere tentarit correpto pugione ita ut pollex iux-
ta laminam rotundam pugionis consistat, ea ratione eu habitu infringes, manum uentri tuo adiungito sinistram, et si is ab inferne contra te pungat, tunc sinistra superne brachium ipsius dextrum concutito, atq; dextrum brachium externe sub brachio itidem ipsius dextro transmittas in latus

eius dextrum, et ea ratione super humero tuo leuo brachium hostis dis-
rumpes, uel concidere cogetur.

DESTRVCTIO CONTRA
impulsum quo pudenda adpetuntur.

QVVM aduersarius ab inferne pudenda adgressus fuerit, pugione
tu in latere sinistro contineas, dextrum pedem preponens, ac si hostis pun-
xerit, dextrum referto pedem, atq; in ipso progressu, manum ipsius pun-
gendo adpetas, qua pugionem tenet, et ea ratione eam sauciabis ita ut
posthac exercere non liceat.

RATIO ROTANDI BRACHY

SI cognoueris aduersarium pugionem arripuisse in habitu inferę pun-
ctionis, atq; te pungere conetur, tum propius accedito sinistrum pedem
præponens, sinistram manum pectori admoueas, si igitur contra te punxe-
rit, sinistram manum tuam dextræ ipsius superimponito, atq; si ipsius
manum abs te retorseris, pectus ipsius pugione tuo fodito.

RATIO PERTRAHENDI
hostem ad te' utrag; manu'.

CVM rursus aduersarius infera punctione te adgreditur, tunc subito manu dextra, latus ipsius itidem dextrum uel manum corripito, sinistra uero brachium dextrum, inde si ad te adprimas, latus ipsius uel dorsum in potestate tua retinere poteris.

MANVVM SVPERINIECTIO

SI hostis pugionem suu manu contineat, et ab inferne te adgredi studeat, cum tu nondum pugionem strinxeris, educere eum nolito, sed accurate prospicies ne is te circumueniat, inde autem celeriter manum sinistram superne manui eius dextræ superimponas, dextra uero pugionem iuxta mucronem adprehendas, eaq; ratione deorsum supprimas, et extorquebis hosti pugionem. Verum celeriter ad hostem prope dextro pede concedito, sinistra manu propellito, et tum pugione ipsius aduersarij quicquid uoles, exerceto, uel eum proijcito. Sin uero id destruere conabitur hostis, atq; pugionem suu attraxerit, ut supra commemoratum est, dextro pede subito ad ipsum procedito, et correpto eius brachio dextro, te loedere ulla ex parte nequibit, et tu exercere poteris, quicquid optimum factu tibi uidebitur.

HABITVS INFERVS MANI
bus cancellatis excipiendus.

SI aduersarius rursum infera punctione utatur, tuq; pugione nondu

ſtrinxeris, tum manum utranq; cancellatim ipſius manui ſuperiny-
cias retro ipſius pugionem, manu uero ſiniſtra ab inferne directa ſur-
ſum, brachium dextrum corripito, inde ſi rotaris, pugionem aduerſa-
rius concedat neceſſe erit.

PRIORIS DESTRVCTIO

CVM quis contra te habitum commemoratum exercere ſtudeat, di-
ligenter curabis, ſi is brachium tuũ diſrumpere conetur, ut confeſtim pu-
gionem ad te adtrahas, ſiniſtram uero manum brachio eius ſuperiny-
cias, poſt ſi repuleris, ipſius habitus iam deſtructus eſt.

RATIO INFRINGENDI
brachij

SI hoſtis ab inferne te pungere ſtatuerit, tum de ſuperne deorſum
utranq; manum brachio ipſius iniycito ita ut dextra tua ipius dextræ
ſuperimpoſita ſit. ſiniſtra uero, brachio ipſius dextro, ea igitur ratione
brachium ſubleuato, teq; conuertas, inde ſi brachium eius, humero tuo
ſiniſtro impoſueris ſimulans quaſi concidere uelis, brachium diſrumpes.

ANTECEDENTIS DESTRVCTIO.

QVAM primum aduersarius brachium tuum adprehenderit, nec non se conuertere conetur, tum uersus collum ipsius flectas manu tua dextram, insuper pede dextro ad hostem intrograditor, sinistra uero alterum ipsius pedem corripito, inde si attraxeris, concidet pronus.

RETRACTIO ADDITA RATIone brachij disrumpendi.

IS habitus longè optimus est: Si aduersarius pugionem habeat, et tu nullum, uersusq; te adcurrat in habitu inferæ punctionis, tum pedem sistas donec punctionem hostis perficiat, et tum primum manum dextrâ ipsius dextre superimponas secundum hostis pugionem, sinistram uero ab infernè cubito eius dextro supponas, atq; ea ratione brachium hosti infringes.

DESTRVCTIO

SI antecedentem habitum destruere cupias, tu cum contra hostem fodias, et is manum tuam adprehendere uolet, tunc sinistra manu ab infernè dextrum ipsius brachium concutias, inde attracto pugione, uictoriam obtinebis.

RATIO INFERINGENDI BRACHII
ab inferne sursum.

ET is habitus non minus excellens est quàm superior, cum aduersa-
rius pugionem strinxerit, tu uero minus, et is conetur ab inferne te pun-
gere, tum sinistrum brachium, ipsius dextro superimponas, atq; inferne
brachium corripias, post manu dextra cubitum eius, inde si attraxeris,
manu sinistra tua, ipsius manum retrorsum in dorsum eius retorqueas,
atq; dextrâ, eam si prius de cubito hostis remoueris, dextræ ipsius inji-
cias, ea igitur ratione firmiter teneas, post si attrahas, is concidere cogi-
tur, et inde genu tuo hostem urgere poteris, sic igitur dextra tua manus
liberabitur, et porrò pro arbitratu tuo eum tractabis.

DESTRVCTIO

SI quispiam contra te nitatur habitum prædictum exercere, tum diligen-
ter prospicies, si is brachium tuum adprehendere studuerit, ut attrahas,
atq; sinistra abs te hostem appellas.

RATIO PVGIONEM
obponendi ab inferne.

CVM quispiam te adgreditur punctione inferna, tum brachium si-
nistrum, uel manu sinistram, brachio eius dextro injcias retro pugionem,
firmiterq; contineas, dextra autem medium arripias pugionem, inde sup-
primas ea ratione ut cuspis thoracem ipsius tangat, eum insuper habitu
destruere poteris, ut in precedenti institutus es.



De inferna punctione.

Prima exceptio sic se habet, in habitu libræ consistas pedem simstrum preponens, simstram manu pectori adiunctam teneas: Si igitur is punctione infera utitur, tum totis uiribus impetum hostis excipito de pectore manu simistra retro pugionem. Cum igitur eum ea ratione remoueris, tu celeriter manu simstram transmittas, atq; brachio aduersarij dextro circumjcias, ea tamen ratione, ut manus tua rursum super brachiu ipsius superne peruemat ad pectus usq; tuum, cubitumq; inde pro uiribus tuum simstrum adprimas pectori.

Alia forma.

Si quispiam contra te infera punctione utatur, eam ut ante remoueas, transmittasq; ut supra, cubitumq; pectori adprimas, dextram manum cubito eius dextro superinjcias, et ante te firmiter supprimas, et ea ratione pronus concidet aduersarius, uel brachium ipsius disrumpetur.

Alia antecedentiis effigies.

Si punctione inferna aduersarius contra te exerceat, tuc ea mambus cancellatis excipito ut supra, atq; manu ipsius dextra tua itidem (ut ante) dextra contineto, remota post simistra, dextram ipsius pectori suo adprimito, inde in latus dextrum tuum propuleris, brachium ipsi aduersario disrumpes.

ALIA

QVVM aduersarius sicut ante punctionem infernam exerceat, manibus cancellatis eam uim excipito, Verum in ipso exceptionis actu, manu tua utraq; ipsius dextram retro pugionem adprehendito, eamq; firmiter contineas, inde autem te paululum in latus tuum dextrum conuertas, ex eo igitur habitu brachium ipsius hostis dextrum in humerum tuum sinistrum ad medium usq; reponas, humerum inde si pro uiribus sustuleris subito, manibus autem suppresseris, brachium hosti disrumpis.

PVNCTIO CRVCIS. QVÆ

infra iam declarabitur,

ALIA forma excipiendi impetū aduersarij cruce, eū hoc modo cruce excipias, ut pollex manus sinistræ subsitet, inde hostis manū dextrā in sinistra tua contineas, atq; dextram eius ab inferne sursum tollas firmiter, post sub brachio ipsius dextrum caput tuū transmittas, nec non dextrum pedem interponas aduersarij utrisq;, dextram manum dextro itidem popliti eius imittas retrorsum, Si igitur eum in coxam dextram assumpseris, teq; dextrorsum conuerteris, eum prosternas, Sin ipsum grauiter loedere sternendo uoles, in ipsa conuersione manū sinistram ab ipsius dextra remoueas, atq; hinc grauius concidet in precipitando.

ANTECEDENTIS DESTRVCTIO

CVM pari ratione aduersarius, ut iam commemoratum est, usus

fuerit, tum celeriter manum ſiniſtram inferne ante utriuſq; ueſtrū pectora tranſmittas, priusq; is ſuam tranſigat, eadem tuam dextram corripito, atq; ſi inde conſederis, ſuppreſserisq;, per caput, collumq; hoſtem præci-
pitabis.

ALIA DESTRVCTIO

SI inferne hoſtis tranſcurrere, ut ſupra prędictum eſt, conetur, tu, quam-
primum is brachium ſiniſtrum ſuſtulerit, atq; tranſmittere molitur, manu ſiniſtra de ſuperne cubitum ipſius ſiniſtrum retrorſum corripito, ex ea igitur compoſitione ſi ante te firmiter depreſſeris, ſupinus corruet, neq; ab ipſo tu ſterni poteris.

HABITVS QVI GERMAN-
is Furca dicitur.

QVVM hoſtis utitur contra te inferna punctione, tu manu ſini-
ſtra de pectore firmiter excipito retro pugionem ſupra iunctura, ut ante, atq; inſuper memineris ut in ipſa exceptione manu dextra tua ſiniſtræ tuæ ſuperimponas, et ſi ita firmiter exceperis, tum dextram tranſmittas ſupra ſiniſtram usq; ad nodum pugionis hoſtilis, manu uero ſimſtram inferne tranſmittas, ita ut manus tua ſiniſtra rurſus ſuperne brachio ipſius adplicetur, hoc itaq; ſi fueris uſus celerrime quantum poteris, extorquebis aduerſario pugionem.

HABITVS EXTORQVENDI
pugionem uel disrumpendi brachium

17

SI aduersarius uersus te punctionem infernam usurpet, animose impetum eum de pectore sinistra excipito statim à principio congressus, apprehendendo manum ipsius, dextram uero celeriter, dextræ hostis subijcias, manū pariter et pugionē amplectitor, inde si firmiter manu utraq; in latus sinistrum tuum sustuleris, uel pugionem ipsi extorqbis, uel brachium infringes.

PVNCTIO INFERNA AD
dito infero contractu, ut infra patebit

QVVM hostis inferam punctionem usurparit, atq; sinistra manu pectus tuū adprehenderit, si igitur pectus ex latere sinistro corripuerit, tum brachiū sinistrū, ipsius itidem sinistræ circumijcias, Verū manu dextra, ipsius aduersarij sinistram pectori tuo adprimas, inde si fortiter sinistrorsum propuleris, brachium ipsius infringes.

ALIA

ITEM si rursus pectus ex latere dextro corripuerit, atq; ab inferne punxerit, tum sinistra manu impetum ipsius hostis excipito, Sed in ipso exceptionis actu dextra hostis sinistram de pectore repellito, ita ut manus dextræ pollex subsitet, atq; in ipso impulsu brachiū tuum collo eius subijcias, sinistram uero popliti eius inijcias, quam primum excepisti aduersarij uim, post per dextrum genu hostem prosternas.

ITEM ſi aduerſarius rurſus inferiorem punctionem contra te exerceat, tum dextram manu, dextrę itidem ipſius ſuperimponas, ſiniſtram uero, brachio dextro, et uerſum te comprimas, tum nactus es partes potiores, ita ut dorſum tibi prębere cogatur, pòſt poteris manu ſiniſtram collo ipſius adplicare, nec non pręponas illi alteru pede, atq; proſternas per eundem, obſeruato etiam, ne is pedem ſuu attrahat, idemq; conetur, quod tu perficere ſtatuiſti.

PVNCTIONEM INFERNAM

uacua manu excipiendi ratio.

SI aduerſarius utitur infera punctione, dextra manu, ipius itidem dextræ ſuperimponito retro pugionem, ſiniſtram uero manum cubito eius ab infernè adplices, atq; manu eadem cubitum abs te propellas, inde ſi manu dextra, uerſus dorſum torſeris, brachiu eius diſrumpes, ſimulatq; cocidet.

SI tu pungere hoſtem ſtatueris, atq; is tuam manum corripere conabitur, tunc manu ſiniſtra brachium eius dextru ab infernè ſurſum impellas, pugionemq; tuum attrahas.

CVM hoſtis rurſus punctionem infernā exercet contra te, tuc brachiu ſiniſtrum, dextro ipſius ſuperinjcias, atq; ab infernè brachiu complectitor, inde ſubito quantum poteris cubitum ipsius corripito dextra, et uerſus te comprimas, ſiniſtra uero manu aduerſarij in dorſum retorqueas, pòſt

remota de cubito dextra, dextram itidem hostis corripito, firmiterq; continueas, paulo pòst si retraxeris, concidere is cogetur, inde genu eiũ urgere poteris, atq; ea ratione manus dextra tua liberabitur, et quicquid optimum factu tibi usum fuerit, perficies.

SI quispiam idem contra te usurpare statuerit, tum superne ipsum expectes, si brachium tuũ is complecti uoluerit, subito idem attrahas, atq; sinistra hostem propellas.

CVM quis rursum inferna punctione utatur, tunc brachium siniſtrum uel manum siniſtram retro pugionem brachio ipsius dextro superinjcias, fortiterq; teneas, dextra autem medium pugionem corripias, et supprimas, ea ratione, ut cuspis ipsius corpori adponatur, Sin hostis fuerit armatus, tuq; pari ratione ab ipso fueris correptus, simili item ratione ut supra instructus es, ipsius impetum destrues.

QVINTA PARS DOCET,

qua ratione pugionibus contra pugiones sit utendum

CVM inferna punctione aduersarius utitur, totis uiribus id manu siniſtra excipito, atq; eo ipso habitu, super brachium hostis utriuq; pugionem tuũ dirigas demisso mucrone, inde siniſtra mucronem corripito, brachio siniſtro ipsius, nodum imprimas pugionis tui, atq; ea conditione brachium contines captiuum.

ITEM si rursus inferas punctiones exerceat, pugione eum impetum in latus dextrum tuū repellas, mucronem inferne transmittas, inde sinistro prede procedas, atq; sinistra manu retrorsum iuxta humerum ipsius sinistrū collum circundes, pòst per pedem simistrum hostem sternas.

RATIO PROSTERNENDI

CVM hostis infernā punctionem usurpet, conuerso pugione eo modo, ut pugio brachio dextro superimpositus sit, et si ipse pungat, tu totis uiribus pugione impetum hostilem repellito, uerum rursus nodum inferne transmittas, atq; simstro pede progressus, humerum eius simstrū adprehendas, nec non per pedem simistrum eum deijcias, adposito tamen pectori eius, mucrone tuo.

RATIO VTENDI MANV conuersa.

SI hostem conspexeris infernam punctionem usurpare, tu mucrone tui pugionis manu simstra adprehendito, et intra manum tuam utranq; pugionis medio uim hostilem excipito, remota pòst sinistra de mucrone, ab inferne manu conuersa pugionis hostilis medium quassato, pugionemq; ita sursū propellas contra pectus, ut posthac stricto pugione et tu queas pungere.

INTORSIONIS HABITVS.

HOSTIS punctionem infernam medio tui pugionis excipito, nodu posthac sub brachium ipsius transmittas, et ea ratione fiet, ut ipius pugio in manum sinistram deueniat, inde sinistra eum firmiter adprehendito: Cum igitur eo modo nodum pugionis tui transmiseris, tu si utraq; manu pro uiribus sursum leuaris in latus dextrum tuum, pugionem manibus hostis extorques.

RATIO PVGIONIS EXTOR-

quendi addito simul habitu sternendi

SI quispiam ira comotus contra te procedat, isq; te fortior ~~esse~~ sit, tum pro-pe ad eum concedito sicuti in precedentibus institutus es: Cum igitur is in habitu superne punctionis pugionem adprehenderit, tu subito in habitu in-fere punctionis tuu pugionem continebis, stricto itaq; pugione hostis te si adgreditur, pariter et tu stringas, et manu sinistra mucrone pugionis cor-ripito, nec non ab inferne pugionem dirigas in ipsius pugionem, remoto longe ab hoste tuo capite, inde confestim manum ipsius dextra pugione tuo adpetas, correpto igitur brachio ipsius dextro, dextram qua pugione retines, sursum leuabis, atq; ea conditione pugionem extorques, insuper etiam ipsum prosternere hostem quibis.

CAPTIVANDI HOSTIS

ratio uel sternendi

SI aduersarius pugionem in habitu et forma inferne punctionis contineat,

tum pari modo et tu eum contineas expectans si puncturus sit, idq; si fieri conspexeris, stricto pugione celeriter, sinistra manu cuspidem adpræhendas, et manui ipsius dextræ superinjicias retro pugionem, medium pugionem eius corripito, atq; ea ratione manus eius sinistra pariter cum mucrone ad dextram eius conuertetur, uerum firmiter contineto, ipsius aũt pugionem supprimas, et eo modo eripies hosti pugionem, inde aũt quàm celerrimè ab eo recedas, pugionemq; statim retro dorsum si commutaris, captiuum retinere hostem seu prosternere poteris.

HABITVS MEDIVS. VBI

utendũm est pugionẽ contra pugionem.

CVM aduersarius subito pugionem eduxerit, atq; pungere contra te studeat, usurpans de pectore infernam punctionem, tunc dextram manum, qua pugionem contines, medio hostilis pugionis adplices, sinistra uero manum, dextro ipsius brachio, inde si sursum leuaris, pugionem extorquebis aduersario.

HABITVS ET FORMA

extorquendi pugionem

SI hostis rursũ punctione superna utitur, tu in habitu infere punctionis consistas, si igitur is pungat, tũ sinistrũ brachiũ, manui eius dextræ subijcito, ea tamen ratione id fiat, ut cubitus tuus, et manus aduersarij æquentur, itaq; fiet, ut ipius pugio brachio tuo superuehatur, tu igitur ipius brachiũ dextrũ manu sinistra corripito, firmiterq; retineas, inde autem brachium hostis circumflectas, et si extorseris pugionem, uentrem ipsius fodito.

CVM quis brachium tuum retorquere conetur, tunc eidem brachiũ pugione circundes, atq; post attrahas.

SEQVVNTVR IAM ALI" quot exceptiones, uel cautelæ, quibus punctiones, per quas collum adpetitur deuitare quis poterit.

EX secunda punctione atq; remotione uel exceptione collum adpetitur uel guttur. Si igitur collum aduersarius adpetierit, sinistrũ pedem prępo" nas, sinistram manũ pectori admoueas ut ante prędictum est, atq; impetu hostilem de pectore super iunctura retro pugionem excipito totis uiribus: Verum in ipso exceptionis actu sinistra manu tua, aduersarij dextram corripito, brachium uero dextrum inferne traijcias, corripiendo brachiũ dextrum retro cubitum, eiq; dextrum pedem pręponas, indesite in latus sinistrum breuiter conuerteris, per pedem dextrum hostem prosternes.

RATIO BRACHY IN" frũgendi

SI aduersarius collũ tuũ pũgere studeat, ut supra pari ratione hostilẽ uim repellito, atq; i ipsa exceptione eodẽ modo, quo ante, uteris, rursumq; suble" ues ita, ut sinistra manu rursũ pectori admoueatur, manũ dextra cubito ipius subijcito, si itaq; ab inferne sustuleris, brachium hosti disrumpes.

HABITVS PVNGENDI
simul addita eiusdem destructione

CVM tu collum aduersarij adpetieris, et is brachium tuũ captiuare conetur, more prȩcedentis habitus punctionem nonnihil retrahito, si te corripuerit, manũ uero sinistram celeriter, humero hostis itidem sinistro superinijcias, inde pugionis mucronem si adprȩhenderis, ex pugione ante te eum prosternito.

DESTRVCTIO ANTECE-
dentis,

SI aduersarius mucronem pari ratione corripere conetur, tu, quam primũ brachiũ humero superiniecerit, manu dextra brachium ipsius dextrum retro cubitum adprȩhendas, sursumq; pro uiribus impellas, atq; ex eo impulsu supinus concidet.

SEDVCTIONIS HABITVS
ex punctione

SI quis tuam punctionem exceperit, id obserues, si punxeris ad usq; ipsius defensionem, magna autem cura sit tibi, ne pertingas manu ipsius, uerum infernè manu inuersa transmittas ea ratione, ut nodus pugionis prȩcedat, atq; brachium dextrum collo ipsius adiungas, inde pedem dex-
trum, aduersarij sinistro postpomto, pòst manu sinistra interniè pedem supra genu corripito, atq; per dextrum pedem tuum ea ratione sper-
nas.

DESTRCTIO

CVM quis te prędicta conditione ſeducere conetur, brachiuq; ſuum collo applicarit, tum celeriter dextra tua aduerſarij dextram adpræhendito, ueru manu ſiniſtra cubitum eius adprehendito dextrum, euq; ſurſum pellas, ponduſq;, ut Germani uocant, hoſti auferas, et ea ratione pronus concidet.

TRANSVERSARIA PVNCtio per pugionem,

IS habitus eſt, ſi aduerſarius dextrum pedem prępoſuerit, atq; collum uel caput pungere conetur. eius igitur habitus uſurpabis, quociescunq; ſuperna punctione hoſtis contra te utetur. Obſeruato igitur, ſi quispiam tranſuerſariam exerceat, dextrum pedem tu prępomito, atq; manu dextra totis uiribus hoſtilem punctionem excipito de pectore, uerum in ipſo exceptionis habitu, ipſius dextram, tua itidem dextra corripito, et ſiniſtra ſtatim cubitum eius dextrum, id ſi feceris, brachium in dorſum retorqueas.

STERNENDI RATIO

ITEM cum aduerſarius tranſuerſariam uel ſupernam punctione contra te exerceat, dextra manu eam totis uiribus excipias ut antea, atq; dextra hoſtis ut prius in dorſum retorqueas, inde ſiniſtra liberata, utriq; pedi interponas eam hoſtis, atq; ſubleues, dextra manu hoſtem propellas, et pronus cõcidet.

ALIA PRÆCEDENTIS RATIO.

SI rursum transuersariam uel supernam punctionem exerceat, ut prius fortiter dextra manu de pectore excipito, uerum diligenter obseruabis, cum excipias, manu sinistra brachium ipsius dextrum retro cubitum adprahen-
dito, atq; ea ratione propellito, inde remota manu de pectore, crus ipius dex-
trum paulo supra calceum eadem corripias, et si subtruaris, hostis concidet; in primis autem curabis, ut defensio et impulsus unà fiant, nec non subito pe-
dis correptio subsequatur.

ALIA PROSTERNENDI RATIO.

CVM hostis idem, ut prius usurparit, pari ratione etiam eum excipito, et in ipso habitu exceptionis dextram hostis, tua itidem dextra adprehendito, sinistrum pedem intrò contra ipsum colloces, sinistrum uero brachium, ipsius aduersarij dextro circumjcias, inde si dextrorsum te conuerteris, per sinistru pedem prosternas.

HABITVS EIVS PVNCTI

onis, quæ Germanis dicitur innominata.

ITEM si hostis eadē ratione ut supra, usus fuerit, pari ratione etiam ex-
cipito uim hostilem, atq; in ipso actu dextram eius manu adphendito retro pu-
gionē, sinistra aut brachium aduersarij dextru scdm cubitu, tum retorqueas manum ipsius dextram ab infernè super brachium sinistrum, atq; ea con-
ditione captus est, retineasq; eum captiuum quamdiu uolueris, et id dici-
tur innominata punctio.

DESTRVCTIO OMNIVM
præcedentium habituum

22

SI punctionem prescriptam usurpes contra quempiam, isq; excipere impetum conetur, tum in ipso actu manum sinistram inferne per brachiu utrunq; transigas, eaq; mucronem pugionis corripito, brachiumq; ante te supprimas.

ANTECEDENTIS DESTRVCTIO.

QVVM quispiam te pari modo corripuerit, atq; captiuarit, tum sinistra manu superne nodum pugionis adprehendas, atq; ante te supprimito, dextra uero medium pugionem corripito, pugionemq; altero pede subsequitor, et ea ratione suo ipsius pugione punges hostem.

ALIA DESTRVCTIO

SI quispiam pari ratione ut prædictum est, te captiuare conabitur, tum manu sinistra pugionis mucronem firmiter repellas, atq; eo ipso impulsu brachium sinistrum gutturi ipsius applices, dextra uero dextrum itidem hostis pedem amplectitor, atq; inde per sinistrum pedem tuum eum prosternas. Suprascriptum habitum omnem uacua manu repellito.

HABITVS, ALIQVOT, EXTOR

quendi pugionis

QVVM aliquis contra te pugionem direxerit, tum de superne manu siniſtram, manui ipſius hoſtis itidem ſiniſtræ ſuperinjcias, manu uero dextra pugionem continente ab inferne ſurſum dirigendo brachium eius dextrum concutias prope manum, atq; ea conditione pugio aduerſarij in tua manum concidet, nec non concedere eum cogetur.

RATIO EXTOROQVENDI

pugionem cancellatis manibus

CVM armatus uel nudus fueris, pugionemq; in vagina reconditu habueris, aduerſarius autem ſuperna punctione te adgreditur, tum manu utramq; uentri adiunctam protendas, ſiniſtra dextræ ſubiaceat manuj, pedem ſiniſtrum prefigens, ſi igitur hoſtis pungat, utranq; manu ſublatam pugioni ipſius ſubjcito, et ea ratione impetum hoſtilem excipito: Inde ſiniſtra manu inuerſa brachium eius dextrum amplectitor, atq; ſi ab inferne brachium circumrotaris, pugionem hoſti extorques.

ANTECEDENTIS DESTRVCTIO

SI quiſpiam contra te habitum prędictum exercere conetur, tunc dextrum pedem, aduerſarij loeuo poſtponas, atq; manu ſiniſtra ipſi pondus auferas iuxta cubitum dextrum, inde attracto uerſum te pugione, ſi per alterum genu ipſum precipitaris, habitum præſcriptum iam deſtruxiſti, nec non ea ratione te liberaris.

SEQVVNTVR HABITVS

aliquot, quibus aduersarius seipsum pungere cogitur.

23

SI quispiam contra te punctionem dirigat, tu diligenter prospicies ex-
pectans, si id perfecerit, ut sinistram manum tuam, hostis dextræ super-
injcias, atq; subprimas, dextra autem cuspidem pugionis hostilis corri-
pito, conuersa cuspide per te in uentrem ipsius, pugionem impellas, uel
per alterum pedem sternas.

DESTRVCTIO PRÆCE-

dentis

QVVM aliquis commemoratum habitum usurpare contra te stu-
deat, accuratè obseruabis, si manum tuam adprehendere conetur, ut
dextram demittas manum, et dextro pede propius ad ipsum concedas,
uerum sinistra pondus illi auferto brachij dextri, uel si corripueris alte-
rum ipsius pedem, partes rursus priores obtinebis.

DE INCVRSV

SI quis contra te pugione adpræhenso adcurrat, et te pungere statuerit
uisum adpetens, tum sinistram dextræ subijcito, atq; brachium ipsius com-
plectitor, inde autem dextra inuersa medium pugionem corripito, et cu-
spidem si ab infernè conuerteris uersum pectus, seipsum punget, demq;
pugionem ea ratione tibi concedat necesse erit.

AVELLENDI HABITVS

ut infra patebit

CVM diffidas punctionem hostilem manu tua excipere, atq; uereris, ne ab ipso decipiaris, tum id fuerit certissimum, ut et tu obuia ipius punctioni pungas, atq; brachium tuum parti brachij hostilis infirmiori adiungatur, sublato pugione uel transmisso, ea tamen ratione id fiat, ut cuspidem rursus sub brachio ipsius adprehendas, inde si attraxeris, securum te, ut alibi etiam commemoratum est, reddideris.

DESTRVCTIO ANTECE-
dentis

CVM fueris tu pari ratione conclusus, tum celeriter manu sinistra scapulam dextram impellas, confestim inde pugionem manu eadem cor-
ripito dextra remota, atq; attrahas eam, si igitur aduersarius te corripere nequeat, ilia ipsius circundato, atq; per dextrum pedem aduersarium sternito.

STERNENDI RATIO

SI quis contra te pungat, tu manu sinistra hostilem uim excipito, et pugionem tuum uicissim sub brachio ipsius transmittas ex punctionis habitu, ita tamen ut ea ratione dorsum eius corripias, post sinistrum pe-
dem, aduersarij dextro si imposueris, per eundem eum sternas, ut corri-
pueris ipsum utrisq; manibus.

DESTRVCTIO

24

SI uero tu pari ratione fueris ab hoste correptus, tum curabis, ut in ipso præcipitationis actu manu sinistra collum aduersarij circundes, ita fiet, ut is pariter tecum circumuehatur, tu autem indeiectus remanebis.

RATIO BRACHY IN fringendi

QVVM quispiam te pungere conetur, manum ipsius subito adprehendito, atq; uelociter dorsum, ipsius dorso præbeas, inde curabis ut brachium aduersarij supra humerum tuum infringas.

DESTRVCTIO ANTECE dentis

SI aliquis brachium tuum supra humerum prædicta ratione infringere conabitur, subitò te conuertas, sub brachio tuo caput transmittas, atq; manum ipsius utraq; manu tua concutias, qua aduersarius te corripuerit, inde si eam sustuleris, brachium uero supra humerum tuum posueris, tum idem tu perficies, quod is efficere conabatur.



INDEX HVIVS LIBRI

A

M

fo: fa: Media punctiones. . . . . 12.

B

P

Brachÿ apprahendendi & sternendi ratio. . . . . 1.

Per pugionem sternendi hostis ratio. 8. 2.

Punctionis supernæ habitus. . . . 3.

C

Punctiones Mediæ. . . . . 12.

Contra pugionem pugio. . . . 10.

Punctiones infernæ. . . . . 12. 2.

Crucis punctio. . . . . 16.

Punctio crucis. . . . . 16.

E

Punctionis Infernæ alia ratio. . 17.

Pugio contra pugionem. . . . . 10.

Exceptiones pugionis. . . . . 20.

Pugionis exceptiones. . . . . 20.

Extorquendæ pugionis habitus . 22. 2.

Punctiones Transuersarÿ pugionis. 21.

H

Pugionis extorquendæ habitus. . . 22. 2.

Habitus supernæ punctionis. . 3.

R

Habitus Extorquendæ pugionis . 22. 2.

Regulæ septem de pugione. . . . 1. 2.

I

S

Instructio ad pugionem. . . . . 1.

Supernæ punctionis habitus. . . 3.

Instructio alia. . . . . 1.

T

Incursus. . . . . 23.

Infernæ punctiones. . . . . 12. 2.

Transuersariæ pugionis punctiones. 21.

Infernæ punctionis alia ratio. 17.


IOH


X

858

PVNCTIO SVPERNA CONTRA INFERNAM
ENSIS HISPANI.

1



ENSEM manu dextra ante pedem dextrum, quem prepoſuiſti, contineas in habitu punctionis inferne, quaſi pubem adgreſsurus aduerſarij. Verum ſi is ſiniſtru contra te prefixerit, nec non uiſum tuu adgreditur ſuperne nuditatis locu, tu ex habitu punctionis inferne enſem ſurſu dirigas, rumq eius enſi ſuperinijcias, acieq enſis breui, ipius punctioem ſuperna in tuu latus ſiniſtrum auertas. Inde autem in triangulu ſiniſtro pede in latus dextru concedas, atq ferire hoſtis pedem ſiniſtru prepoſitu non dubites. Pari ratioe ſi is contra te fuerit uſus, ſiniſtru pedem refreas, atq ſi hoſtis conatu acie longa premiſſa repuleris, ab omni periculo liberaberis, nec non rurſum cu aduerſario pariter certare poteris.

PVNCTIO INFERNA CONTRA ICTVM SVP NVM.



IN hoc certamine pedem ſiniſtrum prefigas, enſem in forma punctionis inferne contra hoſtem de latere dextro continebis, ita ut medius adplicetur pedi ſiniſtro. Sin uero is contra te dextrum preponens conſtiterit pedem, caputq; ferire moliatur, enſem attollas celeriter ex punctione inferna, atq; ſuper aduerſarij enſe ſuperinji-cias, nec non ipius ictum acie breui premiſſa in latus ſiniſtrum tuum repellas, inde dextro inſequutus pede, recta contra hoſtis caput ferito. Pari uero ratione hoſte utente, eum aciem longam premittendo remoueas, poſtea recedas, at in ipo regreſſu curabis, ut pedem ipius prepoſitum feriendo ſaucies dextrum, atq; inde ea ratione recedas.

PVNCTIONIS INFERNE EFFIGIES CONTRA ICTVM EX IRA FORMATVM.



IN hoc congreſsu ſi prope ad hoſtem acceſſeris, dextrum pedem preponere memineris, dextraq; manu enſem ſupra pedem dextrum exterius teneas. Sed ſi contra ipm erectus paribus tibijs conſtiteris, tum enſem ſublatum ſupra caput in effigie ictus ex ira formati contineas, et ſi is arbitretur te uelle ira commotum ſuperne contra ſe ferire, dextro pede confeſtim intrò procedas, atq; in ipſo con-greſſu, enſis tui mucronem occultum retro caput poſitum, antruerſum proten-das de latere tuo dextro in ſiniſtru, uerſus hoſtis uiſum pro uiribus. Verum ſi is eadem ratione te fuerit adgreſſus, eius conatum et impetum acie breui in lat9 tuu ſiniſtru deflectere paratus eſto. Inde conſequutus ſiniſtro, proxima eius nuditatem ictu, adiuncta punctione pulſato, uel ubicunq; nudus adparuerit hoſtis, atq; ea ratione ab eo recedito.

ICTVS INFERVS CONTRA PVNCTIONEM SVPERNAM.

4



SI propius in aduersarij conſpectum ueneris, ſiniſtrum prefigito, atq; iuxta pedem siniſtrum in forma ictus inferi exterius enſem teneto. At ſi aduerſa- rius contra te dextrum prepoſuerit, atq; direxerit in te enſem, ut ſuperne ui- ſum tuũ uel pectus pungendo ſauciet, tum ſurſum leuato enſem, et impetum punctionis acie enſis longa repellito, inde autem pede dextro conſequitor, et caput ipius quaſsare annititor: poſt hęc dextrum pedem ſiniſtro in trian- gulum poſtponito, necnon enſem dirigas in punctionis effigie in latus ho- ſtis dextrum. Verum ſi is idem contra te uſurparit, tum eius punctioni ob- uiam ferias ex habitu ictus inferni utendo acie longa, et ſi inde retro reſi- lias, punctio hoſtis refringitur.

PVNCTIO QVE À VENTO NOMEN SORTITVR
CVM MVCRONE OCVLTO. CON AVERSIONIS HABITVM



HAC ratione te in predictum habitum componas licebit, intrò pro-
cedas sinistro pede, atq; brachio porrecto ensem retrò caput situm anteuersum,
contra hostis uisum in forma pungendi dirigas. Sin autem is pari ratione uta-
tur uicissim te contra eu, dextro insistente, sublato ense hispano, eu auertere
de latere tuo dextro in latus aduersarij sinistru non dubites premittendo aciem
ensis longa. Si uero eadem ratione tu fueris ab hoste repulsus, tu inferne du-
pliciter ensem intorqueas utendo punctione, q à uento nomen est sortita cotra
faciem uel hostis pectus. Idem uero aduersario usurpante, impetum ipius auer-
tito aciem longa preuertendo in latus dextru tuum, inde si sinistro consequutus
fueris, pedem hostis sinistru prepositum uel ictu uel punctione sauciato. Sin
aut is te instando urserit, tum si eius uisum uel pectus foderis, recedito.

DVÆ PVNCTIONES SVPERNÈ CONTRA SE INVICEM.

6



SIC te in hoc certaminis genus adaptes neceſse erit, dextrum pedem præ-
ponas, enſem dextra, ſupra caput ſublatum rectà contineas, mucro contra faciẽ
aduerſarij ſit porrectus. At ſi is eadem corporis ẽt enſis compoſitione aduerſus
te conſiſtat, nec punctionibus ictibusq; te adgreditur, ſiniſtro intrograditor pede,
atq; punctionem dirigito uerſus uiſum ipius uel pectus. Sin uero is pari ratioe
te adgredi conetur, tum enſis tui aciem breuem imponito hoſtis enſi ſuperne, atq;
eo habitu punctionem aduerſarij ſi repuleris, retracto enſe, pubẽ eius fodere cona-
tor. Idem ſi is molitur, pedem ſiniſtru referto. At ſi ulterius inſtando hoſtis te
urgeat, quantum poteris contra hoſtem procedito, atq; punctione, quæ à uento
nomen adeptus eſt, eum adpetito pro totis uiribus, inde aut ab hoſte recedas.

HABITVS. QVO ENSE TVO. HOSTIS ENSI SVPERINIECTO. IPSIVS VISVM ADGEDI LICEBIT.



In hac pugna uersus aduersariu dextru pedem præfigito, atq; punctionem por-
rectam, à uento nomen et appellatione sortitam contra ipsius hostis collu dirigito
inferne tendendo sursum. Sed si is idem contra te usurparit dextru itidem prefigente,
tum ensis tui aciem breue iuxta curui ictus effigiem, aduersary ensi adiungito, &
in latus tuu dextru punctione eius auertito, inde aut super ense hostis, ensis tui pun-
ctione contra faciem ipius uel pectus ingerito. Sin uero idem fieri ab ipo obseruaris,
tu acie ensis tui longam sursum dirigas, eoq; habitu eu repellas, retracto post pede
dextro, dextru pedem aduersary prepositum sauciare ictu curabis acie ensis tui loga,
nec non ab hoste hoc negocio confecto recedas.

RATIO MVCRONIS OCVLTI. COÑ PVNCTIONEM INFERNAM AB AËRE APPELLATIONEM SORTITAM.

8



In congreſſu enſe hiſpano athletice gubernando ſic te componito, dextrũ pedem prẽponas neceſſe erit, atq; thorace hoſtis adpetas punctione uenti nomine appellata ſurſum directam. Sed ſi is longa itidem punctione contra te fuerit uſus, dextrũ itidem prẽponente, retrõq; caput enſem tuũ teneas manu dextra, mucrone dorſo recumbente deorſum, dextrum pedem reducito, atq; inde punctionẽ aduerſarij deuites. Verũ poſt hæc duplici gradu contra eũ confeſtim procedito, et mucronem occultũ, antruerſũ de tuo latere dextro in ſiniſtrum, contra faciem uel eius pectus porrigito. Sin aut eũ depellere conetur, tum in dextro latere tuo dupliciter in triangulum concedito, atq; ſi uel punctione uel ictu brachiũ aduerſarij ſiniſtrum ſauciaris, recedere licebit.

SVPERNVS HABITVS FERIVNDI CONTRA AVERSIONEM, PER ENSEM HISPANVM ATQ; PVGIONEM



In congreſſu huius pugnæ hac ratione te adaptabis, contra hoſtem pedem ſiniſtrũ prẽponito, pugio in lẽua manu, coxẽ tuæ itidem lẽuæ adplicetur, mucro eius contra hoſtem porrectus, inde enſem in dextra contentũ manu, capiti ipius infligito ex acie longa. Quũ uero is pari ratione ſuperne te adgreditur dextrum contra ſe præfigentem, enſe pugioneq; coniunctis in tui defenſione, pugione eius enſi ſuperinĳcias, atq; introgreditor confeſtim prefigens pedem ſiniſtrũ, & in ipſo progreſſu, eius enſi ſuperiniecto brachio ita, ut enſis ſub axilla tua lœua conſiſtat, inde pugione pubẽ hoſtis fodito, enſem uero ſuperiori corporis parti infligito acie longa ſuperne conuerſa. Cæterũ ſi aduerſarius pari modo te adpetierit, tu pugione ſublato, eiusq; enſe contacto, impetũ in latus tuũ ſiniſtrũ remoueas, dextrũ autẽ pedem interius, hoſtis pedi ſiniſtro pponas, inde ſurſũ acie enſis longa flectas, atq; arcus habitu firmiter abste ſub eius axilla ſiniſtra propellito, et ſi gemino gradu retrorſum conceſſeris, eum adgreditor tũ punctionibus, tum ictibus.

PVNCTIO INFERNA ET SVPERNA POTEN-
CIA FACTÆ.

10



HOC modo te compones, ſi fortiter contra hoſtem certare cupias, ad-uerſus hoſtem dextrũ intraponas pedem, enſemq; aduerſarij pubi infigito ab inferne pro uiribus iectu. Verum ſi is idem contra te uſurparit ſiniſtrũ prefigentem, tum pugione eũ impetũ in latus tuũ ſiniſtrũ remoueas, et in ipſo auerſionis habitu, punctione ſuperna potencia formatu pectus eius uel uiſu ſauciato, conuerſa ſuperne acie longa. Sin aũt pari ratione is te adgreditur, ſublato pugione, eius enſi eum ad-iungito, atq; eo modo aduerſarij punctione in ſiniſtrũ latus tuũ repellas. Verũ ſi eadem ratione tu fueris repulſus, retracto enſe, remotoq; ab eius pugione, inferne hoſtem adgreditor pungendo. Cæterũ idem aduerſario exercente, dextrũ pedem referto, atq; enſis acie longa impetũ eius remouento, inde celerrime quantũ poteris intrograſſus, caput eius ictu uel punctione ſauciabis, atq; in tuta tui defenſione ab hoſte recedas.

PVNCTIO INFERNA COÑ ICTVM SVPNVM.



SI aduersarius dextrũ pedem contra te posuerit, atq; ictum supernũ contra te dirigat, tu contra sinistrũ prefigere memineris, atq; eum conatum aduersarij re" primas pugione enseq; in modũ crucis formatis ex habitu forpicis, inde retracto ense ab hostis ense supernè, infernè corpus ipius fodito. At si is idem contra te usurparit, dextro pede retracto, ensem eius tuo pugione contingas, necnon eius punctionẽ in latus sinistrũ tuũ remoueas, inde uero rursum intrò si dextro cõ" cesseris, pudenda aduersarij pungas. Sin aũt idem consimili ratione te adpetiue" rit, sinistro reducto, in latus sinistrũ pugione obiecto punctionẽ ipsius repellas, post hæc gemino gradu insequutus, caput hostis uel ferias uel pungas, atq; ab eo recedito.

DVO ALII HABITVS PVGIONIS ET ENSIS HISPANI

12



SINISTRVM in hoc certamine pedem præponas, manu ſiniſtra pugione arrepto, enſe uero dextra, pro uiribus tuis caput quaſsato, ſupraq; brachiũ ipiius dextrũ pugione directo corpus punctione lædito. Pari autem ratione aduerſario utente, acie longa ẽm impetũ remoueas, pugione uero brachio eius ſiniſtro interius applices, eoq; habitu ſi repuleris hoſtem, uerſus dextrũ latus tuũ, punctione eius itidem ãdemeris: Inde rtrorſum ſiniſtro reducto, ſuperneq; enſe retracto, punctionem diriges contra hoſtis pubem ab inferne. Verum ſi is idem molitur contra te, ictum infernum feriundo, punctione eius repellito: inde dextro conſequutus, thoracem pungas, atq; poſt recedas.

PVNCTIO INFERNA CONTRA SVPERNAM.



IN hoc congreſsu aduerſus hoſtem, intrò pede ſiniſtro concedas, atq; in habitu punctionis enſem dirigas ab inferne contra aduerſarij thoracē pro uiribus. Sin aut is idem moliatur, ſiniſtrum pedem te prefigente, tu crucem pugionis, aduerſarij enſi adplices, eoq; habitu ipſius punctionem uerſus ſiniſtrū latus tuū remoueas. At ſi is te pari modo fefellerit, pectus pugione hoſtile fodito, pariter ſi hoſtis te adgreditur, tu reducas ſiniſtrum, atq; ſublato pugione, i lat⁹ dextrū tuū, hoſtilem punctionem remoueas, inde ſiniſtrū pedem rurſus intraponas celeriter, & pro uiribus ſuperne ex habitu arcus faciem uel pectus aduerſarij enſe pungito. Verū ſi is conſimili ratione fuerit uſus, aciem longa enſis hiſpani premittendo eius uim repellas, reducto poſt pede ſiniſtro, in thorace, punctione infernam dirigito, atq; inde in tui tuta defenſione recedas.

INFERIOR PVNCTIO COÑ ICTVM SVPERNVM.

14



SI victoriã in hac pugna obtinere uoles, contra hostem dextro procedas intrò, atq; in thoracẽ punctionẽ infernã dirigas ense hispano. Sed si is pari ratiõe contrã te fuerit usus, pugionẽ, eius ensi adplices, et uim hostilem auertito uersus sinistrũ latus tuũ, inde aũt caput ipius ictu supernio saucies. At si is supernè te uicissim adgreditur, intrò progreditor pede sinistro, atq; pugione sublato, aduersarij ictũ repellas, inde brachio sinistro, eius ensi superiniecto, et eo habitu sub axillam tuã sinistrã ensem hostilem contorqueas. Sin aũt te pugione pungere conetur, tum uim ipius ense tuo in latus sinistrũ tuũ remoueas, inde sinistro relato, ab inferne thoracẽ hostilem adpetito. At si is idem usurparit, ense, aduersarij impetum repellas, pòst concedas in triangulum de latere sinistro tuo, atq; si latus ipsius sinistrũ punxeris, recedas ab aduersario.

RATIO. QVA PVNCTIO SVPERNA PER PV" GIONEM ET ENSEM HISPANVM AVERTITVR.

15.



AD hoc certamen hac ratione te accommodes, contra hostem dextrũ prę" ponito pedem, retrorsum pugionẽ sinistra contineas, inde mucronẽ reconditũ iuxta caput anteuersum in latus sinistrũ contra hostis uisum uel pectus exeras. Porrò si is contra te pari ratione usus fuerit, sinistrũ prefigentẽ, tum uim hostilem remo" ueas cancellatim pugione enseq; constitutis uersus dextrũ latus tuũ, inde aut ensem ab eius ense retrahas, atq; inferiè hostem aggreditor, pugio uero superiè ensi hostili applicatus remaneat, ne quid ab hoste lædaris. Sin autẽ is inferiè te pungere mo" liatur, pugione producto, eius ensi prope mucronẽ, eundem reclines, nec no pun" ctionem aduersarij eo habitu repellas, inde si retrocesseris dextro, eũ uicissim inferiè adpetito pungendo, atq; ea ratione sine periculo euadere licebit, eaq; ratione æqua" liter cum hoste certare poteris.

RATIO PVGIONIS IN HOSTEM CONIICI-
ENDI. VT IS CONCIDERE COGATVR.

16



CONTRA hostem in pugna prædicta dextrũ prefigas, et retrorsũ pugionẽ manu sinistra contineas. At si is uicissim contra te pedem dextrũ prefiges consliterit, atq; punctionẽ in te supernam in arcus habitu uersus facie uel pectus direxerit, tum sublato ense ab ipius ense, punctionẽ hostilẽ ea ratione supernam remoueto in latus sinistrũ tuum, inde te compares, quasi superne contra hostẽ ferire uelis, & eo modo superne impetũ tuũ repellere cogetur pugione suo, et si igitur thoracẽ eius nudum conspexeris, pugionem tuũ producas manu sinistra, ut nodus in manus monte seu uola consistat, & digiti porrecti capulo adpli- centur exterius, inde pro uiribus tuis pugionem in thoracem hostis emittito, et ea ratione is corruere cogetur.

DVO ENSIVM HISPANORVM CONTACTVS
EX PRIMO CONGRESSV DE LATERE DEXTRO.



HAC ratione te in pugnã prędictam componas erit neceſse, dextrum pedem pręponas, uerſusq; dextrum aduerſarij latus ferias. Inde intrò proſilias ſiniſtro, et dextrũ eius pedem pungas. Idem uero ſi is contra te uſurparit, præ" fixũq; pedem fodere conẽtur, eundem quantũ poteris referto. Verum ſiniſtro cõfeſtim rurſus intro proſilias, collumq; mucrone ſauciato, contento in manu ſiniſtra clypeo orbiculari. Sed ſi is te mucrone enſis ſui appetat, impetũ ipius clypeo tuo excipias. Inde enſe ſub brachio hoſtis ſiniſtro tranſacto lateri eum adigas, atq; in latus eius dextrũ pede itidem dextro aſſilias, eo negotio cõfecto, enſe ſub clypeo tuo exerto et producto pectus hoſtile fodere conator. Sin autẽ aduerſarius pari contra te ratione uſus fuerit, ſiniſtro reducto, mucrone ipius repellito, Verũ poſt pubem pungito: At ſi rurſus hoſtis id clypeo ſuo remouerit, reparato in punctionẽ mucrone, dextrum brachiũ aduerſarij tũ feriendo, tum pungendo ſauciato.

DVO CONTACTVS DE LAERE SINISTRO



IN hac pugna pedem ſiniſtrū prefigas, extento brachio ſiniſtro clypeū rotundum tenente, ita tamen ut enſis hiſpani tutela pectori tuo ſit adiuncta, mucro contra hoſtē porrectus, medio enſe brachio ſiniſtro applicato, atq; eo modo pungere latus aduerſarij ſiniſtrū poteris, inde dextro pede intrò proſilias, nec nō brachium dextrū ſauciare conator. At ſi clypeo ſuo orbicularj impetum excuſſerit, derepente pudenda eius fodito. Verū ſi pari contra te ratione fuerit uſus, ſiniſtrū pedem preponentē, retrorſū conſilias tibijs paribus, atq; hoſtis punctione clypeo tuo repellas, inde celerrimè intrò proſilias dextro contra latus aduerſarij dextrū enſe in habitu punctionis conſtituto. Sed ſi vis eū impetū repulerit, prefixū pedem confeſtim ferito. Cæterū ſi hoſtis idem uſurparit, dextrū referre memineris, atq; faciem pungere inde nō dubites hoſtis.

HABITVS AVERSIONIS SVPERNE. PER CLY"
PEVM ORBICLAREM

19



SI uictoriam huius certaminis obtinere cupias enſe hiſpano, dextrum præ"
ponas, enſis medius humero ſiniſtro ſit adiunctus, clypeus uero rotundus in
manu ſiniſtra conſiſtat, inde ſiniſtro intro proſilias, atq; ab inferne ictu brachiũ
hoſtis dextrũ quaſſato, eo autem id auertente, faciem eius enſe retro caput con"
ſtituto et anteuerſum producto pungito. At ſi pari ratione is te aggreditur ſimi"
ſtrum præponentem, tum clypeo tuo in manu ſiniſtra contento uim ea repellas,
inde autem ſiniſtro pede in ipſius latus ſiniſtrum procedas, atq; dextrũ mucrone
haurias. Sed ſi id hoſtis animaduerterit, nec nõ impetum tuum repulerit, pedem
ipius prepoſitum feriundo fauciesatq; in-reſilias mucrone enſis tui contra faciem
hoſtilem gemino impetu porrecto.

PER ENSEM HISPANVM STERNENDI RATIO.



AD eũ habitũ hoc modo te adaptes, intrò contra hostem tibỹs paribus pro-
silias, atq; aduersarỹ uisũ uel pectus mucrone ensis pungas. At si tuã uiolentiã remouerit
orbiculari clypeo, pede sinistro reducto, brachium eius lœuũ feriundo saucies. Verũ pòst si
sinistro prosilueris latus dextrũ pungendo haurias. Excipiente id aduersario clypeo, ab
inferne ipius brachiũ sinistrũ ferias, inde aũt dextro consequutus, punctionem uel contra
pectus uel uisũ porrigas. Porrò si hostis pari modo contra te usus fuerit, orbiculari cly-
peo eius impetum excipito, uerum confestim dextro prosilias intrò, atq; ensis mucronem,
ipius costis lateris dextri sub brachio tuo lœuo adigas. Sed si idem fieri ab aduersario
intellexeris, eius ensem ictu superno remouere non dubites, atq; ense abiecto, sinistrum,
hostis pedibus utrisq; interponas, dextrã in humerũ ipius sinistrum dirigas, et sinistrã
si corpori eius circũposueris, iniectrisq; axillę eius dextræ, in habitu libræ eum continues,
nec non pro arbitrio tuo prosternere poteris.

PVNCTIO ADDITO AVERSIONIS HABITV.



SI congredimini mutuo, intrò pede ſiniſtro procedes, humerũq; hoſtis ſiniſtrum enſis tui mucrone fodias, clypeo ſub dextro brachio exerto. Verum ſi hoſtis idẽ uſur-pet, clypeo orbiculari impetũ hoſtilem excipito, inde aũt caput ictu quaſsabis. Sin uero is tuũ caput adpetat feriũdo, clypeo pro capite tuo conſtituto, uim ipſius auer-tito, poſthæc enſem retrahas hiſpanum ſupernè, atq; ab inferne pectus aduerſarij fo-dias. At ſi hoſtis idem fuerit molitus, tum auertito eũ conatũ clypeo orbiculari de-ſuper deorſum humũ uerſus, inde pede ſiniſtro intrò procedas, atq; uiciſsim ab iferne latus ipſius ſiniſtrũ pungito. Verum ſi aduerſarius eadem ratione utatur, clypeum tuũ, eius enſi adplices, & eo habitu hoſtem auertes, at ſi hoc perfeceris, caput eius ictu ſaucies, et inde retrorſum ab hoſte concedas.

RATIO AVERSIONIS DE VTROQ LAERE.



SI propè ad hostem acceſseris, ſiniſtrũ prefigito pedem, atq; enſe hiſpano faciem aduerſarij fodiendo lędito. At ſi is idem contra te uſurparit dextrum pręponentem, tũ in latus tuũ ſiniſtrũ, hoſtilẽ impetũ orbiculari clypeo repellas, Verum inde mucrone enſis tui uiſum aduerſarij pungito rectà. Sed ſi is ſuo itidem clypeo te remouerit, ſiniſtro intrò procedas, atq; brachio porrecto ſupra clypeũ ipius punctione directa ſupnè faciem hoſtilem adpetito, ut inferior acies breuis conſiſtat. Sin aut idẽ aduerſarius contra te molitur, ſurrecto clypeo tuo, punctionẽ ipſius adimito, verũ inde ſiniſtrũ pedem reponas retrorſum, atq; ictu brachiũ ſiniſtrum aduerſarij ſauciato. Si autem pari uiciſſim modo utatur hoſtis, eam uim acie enſis tui longa auertito, inde autem clypeũ tuũ, pectori ipius impellito, atq; ab hoſte ictum ſupernũ feriundo recedas.

PVNCTIO QVA PECTVS ADPETITVR ADDI-
TO AVERSIONIS HABITV.



QVVM in conſpectū hoſtis peruenisti, dextrū pedem prefigas, atq; rectā pectus pungere coneris. At ſi aduerſarius idem molitur, te contrà dextrum prefigente, depreſso clypeo punctionē hoſtilem excipito, inde aūt correpto enſe in-ferne, pectus rurſum aduerſarij fodere conaberis acie enſis tui longa ſuperne con-uerſa: Excipiente aduerſario eum conatū clypeo orbiculari, tū proſiliendo ſini-ſtrū, pedi ipſius dextro preponas, atq; feriundo brachiū eius dextrū quaſsato. Sin is eadem ratione te ſauciare molitur, in triangulū ſiniſtro pede concedere me-mineris, et ui hoſtis remota clypeo tuo orbiculari, nec non enſe retracto nonihil ab inferne pectus mucrone pungere non ceſſes. Hoſte aūt pari ratione utente, tū enſem clypeo tuo adiuncto, ipius enſi ſi adplicaris, et eo habitu aduerſarij co-natus falletur, inde aūt curabis omninò, ut facie eius lœdas punctione ea, q̄ nomen ab aëre adepta eſt, atq; ab eo hoc modo recedas.

RATIO ENSIS EXTORQVENDI.



SI pariter in primo congressu enses contigeritis mutuo, tu sinistrum pedem præponas: At si aduersarius dextro innitens aduersus te constiterit, ensem pariter addito clypeo rotundo manu sinistra contineas, atq; corripias ipius ensem iuxta mucronem dextra, & eo habitu manibus eius extorqueas ensem. Sin aut ensis tibi ab hoste sit eadem ratione extorsus, sinistro introgreditor pede, nec non ipsius ensem adprehendas, quē itidem sinistra continet, & hostis brachium sinistrū si umbone aculeato clypei punxeris, concedere tibi ensem hostis cogetur. Verū si is te pulsare nodo ensis et eius defensione cruce scilicet ensis moliatur, clypeo tuo orbiculari sublato, impetū hostilem remoueas, inde uero gemino gradu recedas, donec commodè ensem receperis. Verū si hostis urgeat te instando, derepete rursum ensem tuū, eius ensi adplices, atq; mucronē contra uisū hostilē inflectito.

IACTVS EX PRIMA ENSIVM COLLISIONE.

25



In hãc pugnã ea ratione te adaptes, ſiniſtrũ prępones, & hoſtis enſem ita con-
tingas, ut enſis tui acies longa ſuperne conuerſa ſit, mucro in aduerſariũ porrectus
contra pectus ipius. Sed ſi dextro itidem aduerſus hoſtem conſtiteris, nec nõ pariter
cũ hoſte iceris ex congreſſu primo (ut uocant) tũ enſem adiuncto clypeo, ſiniſtra
corripias manu, inde introgreſſus ſiniſtro, eius enſem apprehendas, et manu ipius
extorqueas. Sin uero aduerſarius pari modo enſem tibi extorſerit, mucronem ſeu
aculeum clypei orbicularis tui vultui eius impingito, atq; correpto hoſtis pede
lœuo, manu dextra, ſi ſubleuaris, ſupinus corruet.

INFERNA ET SVPERNA ENSIS HISPANI AD POSITIO.

26



AD hanc pugnã in congreſſu mutuo ea ratione, quę mox infra deſcribetur, accommodes te licebit, introgreſsus ſiniſtro, ab infernè pedem hoſtis ſiniſtrum ictu ſaucies, clypeo tuo orbiculari, ſiniſtra cancellatim ſupra dextrã contento. Verũ ſi is prępoſitum pedem ſauciare tibi conetur, ſiniſtrum tu pungere molitor, atq; eo modo aduerſarij ictus eſt repulſus, at in ipo punctionis actu, ſiniſtrũ, ipſius itidem ſini-ſtro imponere conaberis, atq; inde clypei tui umbone aculeatũ in uiſum aduerſarij torquebis. Cæterũ hoſte eodem contra te impulſu utente, tuo clypeo eum impetum excipias, poſthæc aũt ſiniſtro pede reducto, enſem tuũ uerſum te attrahas, atq; ſini-ſtrum hoſtis latus mucrone haurias. Sin uero is contrà idem fuerit molitus, de tuo latere dextro in ſiniſtrũ enſe tuo hiſpano punctionem hoſtilem remoueas, ſed pòſt ſupernè caput eius ictu ſi ſauciaris, ab eo recedas.

PVNCTIO PECTORALIS ADHIBITO HABITV. QVO DEXTRAM. HOSTIS ENSI ADPLICES.



Si congredimini mutuo ea ratione te accomodes in hoc genus certaminis, dextrũ prefigere memineris, et de tuo latere sinistro, dextrã pectoris hostilis partem pugas habitu et effigie eius punctionis, quæ à uento nomẽ sortita est. Sin uero eodem pacto contra te inuectus sit, dextrum prefigentem, tum ensem corripe sinistra adiuncto clypeo, dextraq; illius ensem adprehendas. Hostis tuũ ensem si pari ratione arripuerit, tum manum sinistram clypeũ continentẽ dextræ tuæ imponas supernè, atq; si dextro pede recesseris, ensem aduersarius tibi concedere cogetur, inde autem instando hostem urgeas, et faciem ipius, mucrone ensis tui saucies. Verũ si is eadem moliatur, clypeo orbiculari obiecto hostilem impetũ repellito, atq; reducto pede dextro ab inferne pectori eius, mucronẽ infigito. Sin is eam uim remouerit, caput ictu uenti nomine appellato conquassato, hoc igitur confecto retrorsum te agas tutò.

ENSIVM CONTACTVS EX PRIMO CONGRESSV CVM DEXTRĘ MANVS IN ENSĒ HOSTILĒ ITORSIONE.

28



INTRÒ contra hostem dextro progreditor, clypeo supra ensem tuū collocato, mucro contra aduersariū sit porrectus. At si is pariter tecum icerit, te itidem dextrū prę- figente, in ipo contactu ensem tuū clypeūq; manu sinistra coniunctim teneas, dextra ue- ro aduersarij ense medio correpto, uersum te adtrahas. Sin autem idem contrà conatus fuerit hostis, tu iuxta capulum ensem nudum sinistra corripias, atq; si pro uiribus at- traxeris, ensem tuū liberabis, inde aut ab inferne pubem ipsius fodere conaberis. At si ense suo hostis id repulerit, introgressus sinistro seu insequutus, aculeū clypei tui vul- tui eius impingas. Idem fieri ab aduersario si intellexeris, ense tuo hispano impetum hostilem excipias, verū si post caput ipius ictu pulsaris, recedere licebit.

PVNCTIO. QVA PVDENDA ADVERSARII MV" CRONE ADPETVNTVR. ADDITA RATIOE BRACHIA CORRIPIENDI.



SIC te in hoc certamen contra hostem componito, sinistrũ pedem prefigas, atq; rectà pubem aduersarij ab inferne ita pungito, ut clypeũ sinistra iuxta capulum teneas. Verũ si hostis pari contrà ratione fuerit usus, ense tuo excipias ea uim inde autem sinistrũ, pedi aduersarij dextro exterius preponas, et ensem pariter cũ clypeo sinistra compræhendas manu, nec non utrisq; eius brachijs manu dextra adprehensis, uersũ te attrahas. Sin aut eadem ratione te occuparit aduersarius, tum clypeũ tuũ ensi tuo coniungito, pòst sinistrã manũ dextræ eius axillæ supponas, atq; dextrũ pedem, aduersarij itidem dextro inijcias, ea igitur ratione si superne propuleris, supinum hostem prosternes, et liberum te reddideris.

DVO HABITVS, QVIBVS MANVS HOSTI IN-
IICIAS QVI MOX INFRA DESCRIBENTVR



IN hac pugna ſi uictoriã uoles obtinere, intrò procedas ſiniſtro, atq; in primo conflictu enſem aduerſarij tuo contingas enſe. At ſi is contrà ſiniſtro itidem conſti-terit, et pariter tecũ feriat, tũ ſimul ſiniſtra, et enſem et clypeum comprehendas, in-de aũt barbæ ipius, dextrã injcias. Verũ ſi eodem contra te habitu uſus fuerit hoſtis, nec nõ ſuperne ſiniſtrã dextræ ſuæ adpoſuerit, eo ãio ut ui tuã barbam trahendo deor-ſum euellat, ſiniſtra manu brachio aduerſarij dextro comprehenſo, atq; inde manũ eius de barba tua remoueto, nec nõ caput ipſius ictu ſtrenuo faucies. Sin uero eadẽ ratione is è contra fuerit uſus, quã celerrimè poteris enſem manu dextra arripito, et impetum hoſtilem clypeo orbiculari excipito, inde aũt ſi receſſeris retrorſum, pectus fodito aduerſarij. At ſi tu uiciſſim clypeo hoſtili fueris repulſus, ictum tranſuerſariũ feriundo, ab eo recedere memineris.

RATIO SVPERNÆ AVERSIONIS. ADDITO HABITV INFERNÆ PVNCTIONIS.



HOC modo te componas in commemoratã pugnã, intrò procedito pede dex-
tro, atq; rectã seu porrectim uisum aduersarij pungito. Verum si idem is usurparit, te sini-
strum prefigente, tũ utrisq; hostis manibus clypeũ tuũ obijcias in sinistra contentũ, et
inde in tuũ latus sinistrum ipius ensem clypeũq; remoueas, eoq; modo uis hostilis repelli-
tur, uerũ pòst ensis tui mucrone, pedem prepositũ eius fodias dextrũ. At si hostis idem
fuerit molitus, pedem reducito, quẽ adgredi conatur, et ictu superno punctionẽ hostilẽ
repellito, sed inde punctione à uento nomẽ sortita ab aure tua librata, faciem aduersa-
rij uel pectus pungas. Hoste aũt idem usurpante, clypeo tuo orbiculari impetũ eius
excipias obiecto, atq; ab inferne pectus ipius punctione adgreditor. At si is eadem
ratione aduersũ te contenderit, clypeũ eius ensi superimponito, nec non eo modo eum
remoueas impetũ, sed uicissim ab inferne pubem hostilem fodito, indeq; transuersariũ
exercendo recedas.

PVNCTIONIS FORMA CON̄ AVERSIONIS HABITVM.

32



IN hoc certamine introgreſsus dextro, ab inferne pectus aduerſarij punctione ſaucies. Sin aut contra hoſtem conſiteris ſiniſtrū prefigens, et is te pari ratione adgredi-
tur, tū clypeū eius brachijs utrisq; ſuperinȳcias, atq; eo habitu, aduerſarij enſem clypeūq; ſupprimito humū uerſus: inde autem collum ipius acie enſis breui proſcindito. Verum ſi hoſtis eadem contra te molitur, enſe clypeoq; orbiculari tuo ſublatis, inciſione ſuper-
nam aduerſarij repellito, poſt hæc introgreſsus ſiniſtro, retractoq; enſe pectus hoſtis reparato mucrone figas ab inferne. At ſi is è contra te pupugerit conſimili ratione,
clypeū tuū hoſtis enſi ſuperimponas, atq; eo modo punctionis hoſtilis uim auertas, ſimulq; dextrū eius brachiū proſcindas. Verum ſi idem te proſcindere eodem in loco
conetur, in latus ſiniſtrū tuū id remouere memineris, inde autē ab eo uſurpando ictum cruciatum recedas.

INCISIONIS EFFIGIES DE LATERE VTROQ

33



AD eam pugnã hoc modo te accommodes, ſi pede dextro fueris contra hoſtem progreſſus, partem colli eius dextrã proſcindas. At ſi is te pari ratione proſcindere conetur prẽponentem ſiniſtrũ, uiciſsim et tu latus colli hoſtilis ſiniſtrũ proſcindendo ſaucies, ſed ſi aduerſarius eam uim clypeo ſuo obiecto auertere cupiat, attracto ſuperne enſe, iferne ipſius pubem mucrone haurias. Verũ aduerſario idem uſurpante, clypeo orbiculari, eius impetũ excipias, inde reducto enſe tuo, anteuerſum enſe producto faciem fodias hoſtilẽ. Sin aũt idem contra te moliatur aduerſarius, acie enſis tui longa punctionẽ eius auertito, ac clypeo tuo orbiculari enſem hoſtis in latus eius dextrum excutias, inde pectus ipius ab inferne pungito. Excipiente id hoſte clypeo, gemino ictu præpoſitũ aduerſarij pedem ſaucies.

AVERSIONIS HABITVS CONTRA PVNCTIONEM INFERNAM.

34



IN huius certaminis congressu mutuo si contra hostem dextro processeris, sinistrum eius pedem pungito inferne, at si sinistru prefigens constiteris, coneturq; hostis eundem pungere, ensem, ensi ipius adplices, si eo modo suppresseris, punctione hostilem auertes, inde capitis eius latus sinistrum ferias. Sed si is clypeo orbicularī ea uim exceperit, ense in ictum, qui uenti nōie adpellatur, conuerso, et adaptato, uel pectus uel uisum mucrone fodito. Verū si idem pari ratione contra te usus fuerit, acie longa premissa illum repellas, atq; aciem breuem, eius ensi superimponas, & pectus ipius fodias. Cæterum hoste idem usurpante, sinistroq; pede reducto, pūctionē eius deuitare licebit, inde aūt dupliciter ictu cruciato brachiū sinistrū saucies.

RATIO PVBIS FIGENDÆ, COÑ AVERSIONIS HABITVM.

35



SI mutuò congredimini, introq; congressus sinistro, pudenda aduersarij figito. Sin aut te inferne pari modo aduersarius adgressus sit, dextrū prefigente, tum ensem tuū adiuncto clypeo eius ensi superimponas propè capulum, eoq; habitu supprimas et eū repellas: inde pede sinistro introgressus, in facie hostis clypeū orbicularem intorquebis, eam uim si clypeo pariter is remouerit, retracto ense, ab inferne mu" crone directo pectus pungito. Sin aut is similiter contra te idem molitur, sinistrū referas, atq; uisum mucrone saucies, at id si aduersarius ense suo exceperit, quàm celerrimè poteris, sinistro contra eū procedas, atq; caput eius ictu superno du" pliciter adpetito: Verum hoc confecto negocio inde recedas.

EX CONGRESSV PRIMO CONTACTVS ENSIVM. VNDE STERNENDI HOSTIS RATIO FORMATVR.

36



HOC modo ad certamen iſtud te componas, intrò procedas ſiniſtro, atq; ictu ſuperno caput aduerſarij ſaucies. Sin is eũ impetũ remouerit, breuẽ enſis tui aciem, eius longẽ adplices, eoq; modo faciem ipius pungito. At ſi is idẽ uſurpet, obiecto clypeo eũ repellas, atq; dextro pede intrograſſus, pectus uel pudenda mucrone ab inferiè directo haurias, eo uero eundem conatũ excipiente, caput ipius ſauciato feriundo. Sed ſi aduerſarius idem contra te exerceat; aciem longam premittendo uim hoſtilem remoueas, inde aut ſiniſtrũ pedem, eius utrisq; interponas, et brachiũ dextrũ ſuperinijcias, hoſtis utriq;, eoq; habitu ſupprimas, poſtea dirigas ſupra pectus aduerſarij ſiniſtrum circumdando corpus, corripiasq; latus eius dextrum, ſiniſtro pede ſubleues, et ea ratione pronũ hoſtem proſternes.

AVERSIO PER PER PEDEM DEXTRVM. VNDE IACTVS FORMATVR.



QVVM in aduersarij conſpectum peruenerís, dextro contra hoſtem pro-
cedas, ut is prior ſit, atq; ictu gemino, qui inſtar crucis formatur, dextrũ brachiũ
eius ſaucies. At ſi is enſe ſuo eũ conatũ repellat, ſiniſtrũ pedem intraponere memi-
neris, et adiuncto clypeo, hoſtis enſi, ſupprimas in latus ſiniſtrũ, inde thoracẽ eius
ab infernè fodito. Sin aduerſarius idem uſurpet contra te dextrũ præponentẽ, cly-
peo orbiculari obiecto eũ repellas, atq; uiciſsim punctione ab infernè directa latus
ſiniſtrũ haurias. Sed ſi is clypeo remouerit tuum impetũ, ictu tranſuerſario brachiũ
eius dextrũ quaſſabis. Eo pari ratione utente, acie longa enſis tui obiecta, excipito,
inde aũt pudenda hoſtis mucrone figito. Si uero contrà te eadem ratione is adgreſſus
fuerit, pedem dextrũ, eius enſi et clypeo ſuperimponas, ſiniſtra manu, mediũ enſem
tuũ arripias adiuncto orbiculari clypeo, inde collo correpto ita, ut caput aduerſarij
intra brachiũ tuũ utrũq; conſiſtat, infernè ſi propuleris, ſupernè aũt attraxeris, pro-
num hoſtem proſternes.

PVNCTIO, QVA VISVS MVCRONE SAVCIATVR
CONTRA AVERSIONIS HABITVM.



AD hoc certamen ſic te compares, ſi dextro pede progreſſus fueris intrò aduer-
ſus aduerſarium, faciem ipſius pungito. Sin aut contra hoſtem ſiniſtro prepoſito conſi-
ſtas, eadem ratione utentem, obiecto obuia clypeo impetu eius repellas, inde ictu ſu-
perno icito hoſtis brachiũ ſiniſtrũ: Sed ſi is ictũ clypeo ſuo remouerit, tum mucronem
enſis tui inter enſem hoſtilem atq; clypeũ directũ, collo eius adplices. Verũ ſi is pari modo
te adoreditur, dextro reſilias, et dextrũ brachiũ ſaucies. Aduerſario enſe eum impetum
excipiente, dextrũ celeriter rurſus intraponito, atq; mucrone enſis uiſum uel pectus fi-
gito. At ſi idem aduerſarius contra te uſurparit, ſiniſtro pede retracto, pedem ipſius
prepoſitum ferias. Sin eũ ictũ enſe ſuo repulerit, punctione, q̃ nomẽ à uento adepta
eſt, uiſum eius ſaucies, atq; inde recedas.

HABITVS QVO PVDENDA PVNGVNTVR.
ADDITA RATIONE PVNGENDI VISVM CLYPEO ORBICVLARI.



In hoc congreſſu introgreditor aduerſus hoſtem dextro pede, et enſe hiſpano pubem eius figito. At ſi is eadem ratione inferne te adgreditur, dextrū itidem preſi-gentem, in latus ſiniſtrū tuū hoſtem repellas enſe, inde aūt celeriter umbone clypei tui aculeatū in uiſum ipius impellito. Sin uero aduerſarius tuū conatum obiecto clypeo atq; ſublato reiecerit, ſiniſtrū pedem intraponito, ſublatoq; enſe, mucrone ab inferne directo pectus hoſtile fodito. Verū ſi is pari modo uſus fuerit contra te, dex-trū pedem referto, atq; enſe tuo hoſtilem punctione auertito, Sed inde dextrum rurſus in latus ipius dextrū colloces, & ictu tranſuerſario brachiū eius dextrum ſaucies, at ſi aduerſarius id enſe exceperit, caput ictu ſuperno quaſſabis, atq; ab hoſte recedas.

RATIO ET EFFIGIES AVERSIONIS PER CLYPEV̄ ORBICVLAREM. COÑ ICTVM SVPERNVM.



QVVM ad hostem accesseris, sinistrū pedem præfigere nō dubites, atq; mu: :crone retro clypeū situ anteuersum directo faciem pungito. Sed si is idem contra te usurparit dextrum preponentem contra se, obuia proiecto clypeo, eius impe" tum repellas, pòst sinistro progressus, caput ipius aduersarij ictu superno pulsato. Sin is m latus sinistrū id repellat ense, in triangulū uersum latus ipsius dextrum prosilias pede sinistro, atq; mucrone anteuersum directo pectus aduersarij figas. Verū si is eadem molitur, acie longa ensis tui premissa, hostilem punctionem auer" tito, et inde pedem eius præfixum ferias, Sed eo rursus ense id remouente, ictu gemino caput sauciare memineris. Porrò cū aduersarius eadem ratione usus fuerit, clypeo conatum ipius repellas, inde aut si ab inferne mucrone sursum direxeris, uisum ho" stilem pungito, & ab aduersario recedito.

RATIO INFRINGENDI BRACHII EX PRIMI CONGRESSVS PRIMO CONTACTV.

41



INTRO contra hostem sinistro procedas pede, atq; eius ensem tuo contin" gas. At si is dextrũ contra te præposuerit, similiterq; ensem tuũ contigerit, retracto ense, ab inferne mucrone uibrato pectus ipsius pungito. Sed si aduersarius idem fa" cere conatus est, clypeo eũ impetum remouebis, et inde latus uisus hostilis dextrum ictu transuersario saucies licebit, postea aũt reducto pede sinistro, pectus ex latere sinistro mucrone haurias. Verum si aduersarius pari modo te adgreditur, obiecto clypeo eum auertas, interea aũt mucronẽ contra facie eius dirigas. Si rursus te ad" greditur hostis, tu rursum excipias, inde aũt ensem clypeo tuo orbiculari adiungas, et arrepto brachio eius dextro, manu tua itidem dextra, super humerũ lœuũ hostem contrahas, et si te in latus dextrũ conuerteris, brachium infringere poteris, uel ho" stem sternere. Sin uero is idem pariter contra te usurparit, abiecto clypeo, retrorsũ si eũ apprehenderis, erectus stare poteris, uel is una tecũ concidere cogetur.

RATIO IMPINGENDI PECTORI HOSTIS CLY-
PEVM ORBICVLAREM.



IN hac pugna intro procedes pede ſiniſtro, atq; clypeũ pectori hoſtis impellere co-
naberis. Sed ſi is idem contra te molitus eſt, ſuppreſso manu tua clypeo hoſtili eum
impetũ repelles, poſtea enſe ſiniſtra correpto, adiunctoq; clypeo, mucrone à ſuperne
gubernato pudenda eius figito, inde pedem dextrũ, aduerſarij genu ſiniſtro ſi adplica-
ris, eũ propellas. Verũ ſi aduerſarius idem ſit molitus, attracto clypeo orbiculari, pe-
dem ſiniſtrũ referes, et mucrone uiſum ipius pungas. Sed cũ eundem impetum enſe
hoſtis repellat, quàm celerrime poteris in latus eius dextrũ ſiniſtro pede concedas,
atq; ſi ictu tranſuerſario caput ipſius quaſſaris, gemino gradu ab hoſte recedas.

AVERSIONIS HABIT' COÑ VISVS PVNCTIONEM.

43



SI athletice contra hostem procedere uoles in hac pugna, dextrum pedem intraponas, atq; recta porrectim ensis mucrone eius faciem figito. Sed si mo-
do consimili aduersarius te adgreditur dextrum prefigentem contra se, in latus tuu sinistrum clypeo eam uim remoueas: Inde aut ese adducto, latus ipius si-
nistrum haurias, mucrone sub hostis clypeo porrecto. Sin eum impetum clypeo suo repellat, in latus eius dextrum, pedem sinistrum colloces, atq; fa-
ciem fodias. Verum si aduersarius idem utatur acie longa premissa eam uim excipito, inde uero gradu gemino in latus ipius dextrum, dextro itidem pe-
de concedas, atq; brachium dextru ferias. Verum si aduersarius te repulerit, reducto ense, si faciem hostilem punxeris, recedere licebit.

PVNCTIONIS INFERNE EFFIGIES CON AVERSIO NIS HABITVM.

44



In hoc congreſsu mutuo ſic te accommodes, ſiniſtrū pedem preponas, dex" tro uero inflexo in libræ habitū te adaptes deorſum, inclinato uerſus humū clypeo, enſe aut intra brachiū ſiniſtrū et pectus poſito, et inde pedem aduerſarij ppoſitum pungas. At ſi hoſtis pari ratione te adgreſſus fuerit, enſe tuo medio uim ea remo" ueas, poſtea ſublato enſe, ab inferne pudenda ipius haurias. Sin autem rurſus aduerſarius eodem modo adgredi conabitur, ſublato orbiculari clypeo de terra im" petum eius auertito, inde reducto enſe, mucrone reparato, anteuerſumq; producto uiſum figito hoſtilem. Sed ſi is enſe ſuo conatu tuū exceperit, eundem remoueas in latus ſiniſtrum tuū, atq; de ſuperne caput ferias, et hoc confecto negocio, ab hoſte recedas.

APPOSITIONIS SVPERNĘ & INFERNĘ FORMA.

45



SI mutuo congredimini, tuq; ad hostem propius accesseris, intraponas uersus aduersariu dextrum pedem, atq; rectà pedem dextru prefixu pungas ensis mucrone. Sin aut aduersarius idem molitus sit, dextru pedem in triangulu ponas, et inde collu ipius hostis figas. Veru si is idem conabitur, sublato orbiculari clypeo, punctione hostilem auertito, postea ense retracto, ab inferne pectus ipius pungito. Aduersario aut pari ratione utente, impetu eo repulso, orbiculari clypeo, gemina punctione faciem uel pectus adgreditor hostis. At si ense aduersarius te remouerit seu clypeo, celerrimè pedem prefixum feriundo sauciato. Sed si idem is contra te usurparit, eundè cu retraxeris, caput eius ictibus et punctionibus sauciato.

SVPERNVS ICTVS CONTRA INCISIONEM.

46



HAC ratione te in hoc certaminis genus compones, ſiniſtro pede intrò contra hoſtem procedas, atq; in conſpectu ipſius recta clypeo contento, enſem ſurſum leuaris, caput ſuperne pro uiribus ictu quaſsato aduerſarij. Idem ſi is contrà fuerit molitus, ſiniſtrum te præponente, clypeo obuia proiecto ictui hoſtili, eã uim repellas, inde aũt faciem ipſius proſcindas enſe. Sin uero pari contra te ratiõe fuerit uſus hoſtis, ſiniſtrũ reducito pedem, atq; acie longa premiſsa excipito impetum aduerſarij, inde aũt proſiliendo rurſus ſiniſtrum intraponas, et mucronem retro caput ſitũ, antruerſum directum contra faciem eius impellas. Verum ſi is contrà idem ſit molitus, acie enſis tui longa porrecta punctionẽ eã remoueas, id ſi perfeceris, ictibus, & punctionibus utendo ab hoſte diſcedas.

SVPERNA PVNCTIO COÑ INFERNAM

47



SINISTRVM *si præposueris pedem, et sinistra manu Clypeū orbicularem teneas directè contra hostem, ensem hispanū dextra supra caput leuatū, acie longa sursū cōuersa, tū supernia punctione uisū ipius uel pectus pungas. Inde conuersa dextra, ut longa acies superior sit, gemina punctione pectus ipius fodias. Si aut is supernia punctione uisū tuū adpetierit, te sinistrū pedem pponente, sinistra Clypeū orbicularē truente, ensē hispanum dextra, tū clypeo orbiculari, eius punctioni supernę obuiato, eog habitu impetū hostilem excipito de latere ipsius dextra, in tuū sinistrū. Verū si duplici is punctione utitur, tū ensis hispani acie breui remouēto hostem, inde dextro aduersus hostem intro progredere, atg pectus aduersarij fodito manū inuersa, ut acies longa supernè adpareat. Hostis uero si idem usurparit, sinistro pede reducto, gemino ictu inferno usus recedas, et ea ratione impetum hostilem remoratus es.*

DVÆ ENSIVM HISPANORVM COLLISIONES.

48



SINISTRVM pedem ſi ꝓpoſuiſti, enſem hiſpanū contrīs dextra in forma ictus ſuperni, ſiniſtra clypeū orbiculare, tūc caput aduerſarij ex acie enſis tui hiſpani longa ferias. Cū uero is idem contra te uſurparit, ſiniſtrū pedē prꝫponentem, acie longa hoſti obuertas, et in eo ipo actu, ipius enſi interne tuū enſem mediū coniungas, pòſt enſe tuo ſuperne retracto, uentre eius uel pubem pungas. Sin aut aduerſarius pari ratione contra te fuerit uſus, tū clypeo tuo orbiculari ea uim excipito ſiniſtrorſū. Sed ſi inferne te pungere molitur, tū ſuper- impone clypeū tuū, eius enſi hiſpano, atq; ſiniſtrorſum hoſtile impetū excipere memineris, inde dextro pede in hoſtis latus ſiniſtrū concedas, et eo habitu ex mucrone pendenti latus ipius ſiniſtrū haurias. Verū ſi id aliaduerteris, cly- peo tuo orbiculari eū impetū repellas, inde ſiniſtro pede reducto, punctio ipſius et ictus breuior futurus eſt, quam ut te poſſit lædere.

ICTVS SVPERNVS ET INFERNVS.



SI ſiniſtrū pedem ꝓpoſueris, enſem hiſpanū dextra ultra caput leuatū tenens in forma ſuperni ictus, atq; ſiniſtra clypeū orbiculare ꝓ te extentū rectā paulū deorſum inclinatū, tum ictū ſuperniū aduerſus hoſtē exercens ca-put eius petendo. Sed cū aduerſarius eundem uſurparit contra te ſiniſtrū ꝓpo-nentem, obiecto clypeo, eius ictui, dextrū pedem intrò colloces, atq; pedem hoſtis ſiniſtrū præfixū uulneres. Sin aut is tuū pedem, quē prepoſuiſti, ſau-ciare moliatur, tū enſem in mucronē pendentem flectas deorſum, acies loga ut ſupernè adpareat, et reducto ſiniſtro pede, hoſtis ictus eludetur, tuq; ſtati uentrē gemina punctione haurias. Cum uero hoſtis te pungere conetur pari ratione, tu eum impetū iterato ictu tranſuerſario excipito. Aduerſario autē eodem modo tuū remouente, tu gemino ictu cruciato uentrē ipius ſauciato, inde pectus eius ex mucrone pendente fodias, atq; ictu iterato uſus ab hoſte recedas.

HABITVS INFERIORIS ICTVS EX VTRIVSQ3
LATERE SINISTRO



QVVM ſiniſtrũ prefixeris pedem, tenens dextra enſem hiſpaniũ in ſuperni ictus forma, ſiniſtra clypeum orbiculare, tum cura ut collũ hoſtis uulneres. Si uero is eodem modo te adpetierit ſiniſtrũ preponentẽ, eũ impetũ obiecto clypeo repellito, quẽ ſiniſtra continues, nec non pariter etiam caput enſe tuo hiſpano aduerſarij ferias. Sin hoſtis tuũ caput feriendo adpetierit, eo impetu clypeo tuo orbiculari dempto, pedem ipſius ſauciato uerberando. Verum ſi ipſe hoſtis pedem itidem tuũ ſauciare molitur, tu reducto enſe tuo hiſpano de clypeo ipius orbiculari, uſus infero ictu tranſuerſario, interne, ipsius enſem contingas, atq; ea ratione impetum hoſtilem remoueas in latus eius dextrum, inde punctione inferna pube uel uentrem aduerſarij fodias. Sed ſi is idem fuerit molitus, tum acie enſis tui hiſpani breui excipito eam uim, et inde ictibus et punctionibus cruciatis uſus ab hoſte recedas.

ICTVS CLYPEO ORBICVLARI EXCIPIENDVS.

51



SI dextrum pedem prefixeris, ensem hispaniũ tenens dextra in latere tuo itidem dextro pro pectore, mucro aduersus hostem conuersus, clypeum orbiculare sinistra pro facie, ipse aut aduersarius contra te sinistrũ præpo-
suerit pedem, atq; clypeũ sinistra manu contineat, ensem hispanum dextra sublatum in forma ictus superni, nec non dextro ad te concedat pede, caputq; sauciare moliatur, tu obiecto ictui hostili clypeo tuo, eoq; sublato, sinistrorsum uim aduersarij remoueas, deinde contra ipsum pede leuum colloces, atq; de latere pectoris tui dextro, porrecta punctione uentrem saucies uel pubem ho-
stis. Id si ab aduersario fieri conspexeris, demisso Clypeo tuo in ensem ipsius hi-
spanum, punctionemq; ea ratione deprimas dextrorsum, inde dextro pede reducto, ab hoste recedas, usus ictibus cruciatis, et punctionibus geminis.

RATIO. QVA MANVM HOSTIS CAPVLO ENSIS ET MVNIMENTO OBRVIS. ADDITA INCISVRA COLLI.

52



LOEVVM *pedem si contra hostem prepositi, dextra ensem hispanu contines, pro usu tuo clypeu orbiculare sinistra manu, tu sinistro pede aduersu hostem intrograditor, atq; pungere dextra axilla aduersarij conator. Sin is pari modo te adgreditur, sinistru prefigente, dextra ensem hispanu tu contineas, mucrone deorsu contra hostem declinaris paululu, clypeu orbiculare sinistra pro pectore tu dextro pede procedas intro, atq; eundem externe dextro hostis preponas, et ea ratione punctione eius ex mucrone pendenti ab inferne dextrorsum repellas, statim uero in eo ipo actu manu aduersarij capulo, et ensis tui munimento obrue retro ipsius hostis nodu et munimentu ensis hispani, inde acie ensis tui longa collo eius adplicata, si pro animi uiribus adtraxeris capulo et nodo, collu proscindes hostis. Verum si idem is fuerit molitus, tu pede sinistru in latus eius dextru colloces, atq; clypeum ab inferne tollas i latus ipsius sinistru, conuerso deinde ense tuo ita ut munimentu, externe brachiu hostis contingat, post si repuleris, te liberasti ab hostis conatu.*

RATIO VNDE ADVERSARIO CLYPEVM EX TORQVERE POTERIS.

53



CVM dextrũ pedem prepoſueris, et enſem hiſpaniũ dextra cohines in ſuperne punctionis habitu, clypeũ orbiculare ſiniſtra, tũ ſiniſtro pede intrograditor, atq; pectus aduerſarij fodias, ſimul etiã caput eius ferire memineris. Idem uero ſi is contra te fuerit molitus dextrũ prefigentem, et enſem hiſpaniũ ſiniſtra corripuiſti mediũ adiuncto clypeo, intro progreſſus impetu hoſtilem enſe, et clypeo excipias, inde ijs ſublatis in occurſum ictui eius, ingreditor quã celerrime poteris pede ſiniſtro, atq; correpto hoſtis clypeo interne dextra manu, è manu ipius torqueas, indeq; in uiſum eius conijcias, pòſt regreſſus, dextra enſem tuũ corripito, et uiſum uel pectus aduerſarij pungito. Veru ſi is eadem fuerit molitus, ut prędictum modò eſt, obiecto brachio in munitionem et uiſus tutelã ſiniſtro, nec non ictu cruciato ab inferne forma-to, punctione hoſtilem remoueas, atq; ſi inde ex priori ſeu ſuperiori punctione, quã de ſuperne ex ictu cruciato formas, pectus fodias tum eius conatus clypei ſcilicet in uiſum inijciendi, pariter et punctio irritantur.

SECVNDA RATIO EXTORQVENDI CLYPEI.
ADDITA RATIONE STERNENDI HOSTIS.

54



CVM utriq; adinuicem perueniſtis uſi mutuis punctionibus, et alter alterius uim clypeo orbiculari remouiſtis, tu uero ſiniſtru pedem preposuiſti, ſiniſtra manu clypeu porrectim contra hoſtem porrigis, atq; eius pectus uel uiſum punges. Sin autem aduerſarius pungere te eodem modo conetur, tu item medium enſem clypeuq; coniunctim contines pro te ſiniſtra, ita ut mucro ſurſum uergat, tu ſiniſtro intraprogeditor obuia ipſius punctioni, atq; eam uim clypeo ſimul et enſe tuo hiſpano ſiniſtra repellas. Sed ſi aduerſarius caput tuu feriendo adpetierit, tunc quantum poteris inde aduerſus eu procedas. atq; ictu eunde clypeo et enſe hiſpano excipias ſiniſtra manu, et celerrime dextra clypeu eius interne corripias, eq; manu ipius extorqueas, inde pede altero reducto ſcilicet dextro, nec non in uiſum hoſtis reijcias, poſt arrepto enſe dextra manu, atq; rurſum dextro adhoſte progreſſus. uiſu uel pectus aduerſarij pungito. Sin uero is rade cotra te uſurparit, dextro relato pede, atq; brachio ſiniſtro in uiſus tutelam proiecto, impetu hoſtilem ea ratione repellas licebit. Inde ſi hoſtis ad te intro concedat in habitu punctionis, qua in pectus uel uiſu tuu direxit, celeriter tu retrocedas, atq; ſi cruciato uel ictu gemino punctione hoſtile reieceris, eis eius conatus exinanitur

SVPERINIECTIO BRACHIORVM.

55



SINISTRVM pede prefigas, ensem hispanu dextra cotineas, recta contra hostẽ mucro sit porrectus iuxta latus dextrũ tuũ, et pro pecto re clypeũ sinistra, inde dextro pede intrò procedas, nec rio pectus uel uisũ ad uersarij fodias. Verũ si is pari ratione te fuerit aderesus dextrũ pede præponentem, tu punctionẽ hostile clypeo tuo remoueto, inde sinistro pede ad ipm concedas, eundeq; interniè, eius dextro pponas, et caput hostis ferias. Sin aũt is caput tuum ferire fuerit conatus, tũ pro facie tua eũ impetũ clypeo excipias, atq; uicissim et tu uisũ ipius ferias. Idem uero si is faciat, tu clypeũ tuũ eius ictui obycias, inde si prope ad ipm accesseris, sublato clypeo orbiculari, superinjcias brachiũ tuũ sinistrũ externũ, hostis dextro interniè pariter adiuncto clypeo orbiculari tuo, post eius brachiũ, sub axillã tua sinistrã induc as ea ratiõe, ut ipius manus, qua ensẽ cotinet retro axillã tuã sit cõstituta, deinde manu sinistra, qua clypeũ tenes, ab infernè brachio ipius interniè arrepto firmiter, inde sinistrum, hostis dextro popliti externè postponas, et si ea ratione ipm circuegeris sinistrorsũ, per pede sinistrũ tuũ hostẽ prosterneres supinũ, Sin aũt tu fueris in ipo casu, tum diligenter cures, ut ipius punctionẽ uel ictũ clypeo tuo orbiculari excipias.

HABITVS PROSTERNENDI PER ENSE HISPANV.

56



SI dextrũ pedẽ prefixeris, dextra manu enſe hiſpanũ in punctiois ſupne forma habes, ſiniſtra clypeũ orbiculare, brachiũ rectũ porrexeris iuxta ſtrictũ enſẽ aduerſus hoſtẽ, tũ intrò procedas pede ſiniſtro, et eo habitu ab inferiè ex media punctioe uentrẽ aduerſarij uel pectus haurias. Verũ ſi is te pari modo ad-greditur dextrũ pedẽ ſi pfixeris, clypeo orbiculari tuo eũ impetũ infringes. Verũ ſi is tua pũctione itidem diſiecerit, tũ remota oi mora, cruciato ictu caput eius ferias. Idem ſi hoſtis fecerit, utrag manũ, clypeũ enſemq quibus cõtines, con-iungas, ictusq hoſtiles eodẽ modo excipias, inde celeriter ad ipm proceda ſ itrò ad hoſtẽ, et brachiũ ſiniſtrũ ſuperinũcias, ipius dextro retro enſem ipius hiſpanũ, firmiterq teneas, atq inde ſuperniè pectus aduerſarij pungas. Sed ſi is te cõſimili modo adphenderit, pectusq tuũ pungere conetur, tũ clypeo orbiculari tuo eam punctionẽ excipias. Et ſi hoſtis eodẽ modo tua pũctionẽ infregerit, tu celerrimè quantũ poteris pedẽ ſiniſtrũ, ipius popliti dextro externè poſtponas, atq firmiter brachio lœuo, hoſtis dextrũ ſub axilla tua cõtineas, inde ſi ſupniè repuleris, ſupinus per pedẽ tuũ hoſtis ruet, enſeq priuatur. Sin uero tu ita cõcidis, tũ in ipſo caſu cu-rato, ut pubẽ ipius ipetas altero pede, nec nõ, ut diligẽti cura pũctioes et ictus hoſti-les clypeo excipias, aliâs pro ſuo arbitrio tecũ agere poterit.

INDEX HABITVVM ensis Hispani.

A

Adpositio infera et supera ensis Hispani. 26.

Appositionis supera et infera forma.. 45.

Auersionis supernę habitus per clypeum orbicularem. Folio. 19.

Auersionis ratio de vtroq; latere. folio. 22.

Auersionis superæ ratio addito Inferæ punctionis habitu. Folio. 31.

Auersionis habitus contra visus punctione. 43.

Auersio contra punctionem Inferam. 34.

Auersio per pedę dextrũ, vnde iactꝰ format. 37.

Auertendi ratio per Clypeũ orbicularem contra ictum Superum. folio. 40.

Auertendi forma per puoionem, et ensem Hispanũ, punctionem superam. 15.

B

Brachy infringendi modus ex primi congressus primo contactu. folio. 41.

Brachiorum superiniectio. folio. 55.

C

Collisiones ensiũ Hispanorum duę. 48.

Contactus Hispanorũ ensiũ duo ex primo congressu de latere dextro. folio. 17.

Contactus duo de latere sinistro. folio. 18.

Contactus ensiũ ex primo congressu cũ dextrę manus in ense hostile intorsione. 28.

Contactus ensiũ ex cõgressu primo, vnde sternendi hostis ratio formatur. folio. 36.

E

Extorquendi ensis ratio. folio: . 24 .

Extorquendi aduersario Clypei ratio. fol: 53 .

Alia precedentis effigies, addita sternendi hostis ratione. Folio: 54 .

Excipiendus Ictus Clypeo orbiculari: . 51 .

H

Hispani ensis et pugionis duo habitus prestantissimi. folio. 12 .

I

Iactus ex prima ensium Collisione. folio. 25 .

Ictus Superus Contra Incisionem. folio. 46 .

Ictus Superus et inferus. folio. 49 .

Ictus inferioris habitus ex vtriusq; latere sinistro. Folio. 50 .

Incisionis effigies de latere vtroq;. folio. 33 .

Infera punctio contra ictum Supernum. 2 .

Infere punctionis effigies contra ictum extra formatum. Folio. 3 .

Inferus Ictus contra punctione supernam. 4 .

Infera punctio contra Ictum superum. 11 .

Infera punctio contra superna punctione. 13 .

M

Manum obruendj capulo et munimine ensis ratio, addita incisura collj. folio. 52 .

Manus hosti Injiciendi duo habitus. 30 .

Mucronis occulti ratio contra punctionem inferam ab acre adpellatione sortitum. 8 .

P

Pectus qua adpetitur punctio, addito Auersio„
nis habitu. Folio. 23.

Pectoralis punctio, adhibito habitu, quo dex„
tram hostis ensi adplices. Folio. 27.

Pectori hostis Clypeum orbicularem impin„
gendi ratio. Folio. 42.

Pubis figendę ratio contra Auersionem. 35.

Pudenda quo pacto Mucrone adpetuntur,
addita ratione brachia corripiendi. folio. 29.

Pudenda quo pungountur habity, addita m„
tione pungendi visum Clypeo orbiculari. 39.

Puoionis in hostem conijciendi ratio, ita ut
concidere cogatur. Fol: 16.

Punctio quę à Vento adpellatione sortit, cum
Mucrone occulto contra Auersionis habitum. 5.

Punctio Infera contra Jctum Supernum. 14.

Punctionis Infere effigies contra Auer„
sionem. Folio. 44.

Punctio addita Auersionis forma. fol: 21.

Punctionis forma contra Auersionis habitu. 32.

Punctio Infera et Supera potentia facta. 10.

S

Sternendi per ensem Hispanu ratio. fol: 20.

Sternendi per ensem Hispaniu alius mod. 56.

Superna punctio contra Infera ensis Hispan. 1.

Superus feriundi habitus contra Auersio„
nem per ensem Hispanum atq; puoionem. 9.

Superna punctio contra Inferam. fol: 47.

Superne punctiones duę contra se inuicę. 6.

V

Visum hostis quomodo adoredi liceat, si en-
sem tuum hostis ensi supermiecceris. fol. 7.

Visus Mucrone qua sauciatur punctio
contra Auersionem. folio: 38.



XI.



AVERSIONIS EFFIGIES CONTRA PLAGĀ LETALEM PER SECVRIM.



DEXTRVM pedem in congreſſu contra hoſtem præponito, ſupra caput tuū, ſecurim utrisq; manibus teneto, atq; mucronē porrectim aduerſus hoſtem, at ſi contra tē is ſiniſtrū pedem præfixerit, et caput tuū plaga letali concutere conetur, tū ſecuri tua ea remoueas in latus ſiniſtrū, inde aut retracta ſecuri, pubē aduerſarij figas: eodē uero habitu hoſte utente, poſteriori ſecuris mucrone ea uim repellas. Poſt aut inſeguutus pede dextro, lamina ſecuris tuæ facie ipius ſaucies. Verū ſi aduerſarius eū impetū haſtili ſecuris remoueat intra manū utrāq, mucronem poſteriorem intorqueas intra brachiū utrūq, contra hoſtile facie, eodē modo ſi is te adgreditur, dextrū pedē referto, atq; haſtili intra utrāq, manū hoſtē excipito. Sed ſi eueniat, ut tua uim excipiat, tu repente ſuperna nuditate adpetas feriundo. Cū uero hoſtis te feriundo adgredi molitur, capulo tuæ ſecuris eū repellas, inde ſi in latus dextrū tuū conuulſeris, facie eius pungas mucrone, inde autem ſecuri circumrotata recedas.

PLAGA LETALIS CONTRA PVNCTIONEM QVA PECTVS PVNGITVR.



HAC ratione in prescriptã pugnam te accommodes oportet, tibijs paribus erectus consistas, capulum securis tuæ manu utraq; con-tineas, sinistra sit sublata retro caput tuum, at inde dextro pede si cõtra hostem processeris, desuperne caput ipius, securis lamina pulsato. Sed si is pari contra te modo fuerit usus, sinistrũ prefigentẽ, secundũq; caput securim tuã continentẽ dextra, sinistrã uero applicaris mucroni securis inferiori aduersus hostem, tũ lamina securis tuæ, aduersarij ictũ repelles in latus dextrũ tuũ, inde aut mucrone eius anteriori pectus hostile pun-ges. Verũ si is idem efficere moliatur, hastili intra manũ utrãq; eam uim excipias uersus latus sinistrũ, post mucronẽ anteriorẽ securis tuæ supra brachiũ sinistrũ directum in pectus aduersarij transmittas, atq; fortiter at-trahas uellendo, et eo negocio confecto regredi licebit securi rotata.

DVÆ INTORSIONES PER SECVRIM



In congreſſu mutuo, pedem leuũ prꝛponas, manu utraq; ſecurim con-
tineas, ſiniſtra haſtili adplicata ſit iuxta eius lamina, dextra uero mucroni
poſteriori, atq; mucronem anteriorẽ intorqueas punctione ſuper brachio
ſiniſtro hoſtis uibrata contra ipius collum. Sed si is idem conetur, te prꝛfi-
gente dextrũ pedem, uerſus ſiniſtrũ latus eius impetũ auertito ſecuris tuæ
lamina, inde aut ſiniſtro conſequutus, necnõ lamina ſecuris collo ipſius
retrorſum ex parte dextra adplices, et ea ratione aduerſariũ adte attrahas.
Verũ cũ hoſtis idem contra te conabitur, tũ lamina ſecuris tuæ eũ impetum
excipias in latus tuũ dextrũ, atq; mucrone anteriori uiſũ hoſtile pungas,
inde aut ab eo recedas ſiniſtro. Cæterũ ſi eadem ratione te cõpunxerit, con-
ſequutus dextro, in latus ſiniſtrũ punctionẽ eius poſteriori mucrone re-
pellito, poſt dupliciter ſecuri rotata, capiti ipius, ſecurim infligito, et ita
ab hoſte recedas.

INTORSIO. CONTRA HABITVM VELLENDI.



In hoc certamine dextrũ prẽponas pedem, & in tuta tui defenſione ſecurim contineas contra hoſtem, inde ſi ſiniſtro fueris conſequutus, plaga letali caput ſecuri concutias. Sin aũt aduerſarius idem molitur contra te ſecurim tuã utriſq; manibus tenentem, dextrã anterius haſtili adplicaris, ſiniſtrã uero poſteriori, atq; dextrũ pedem prẽfixeris, uerſus latus ſiniſtrũ capulo repellas, poſtea intro ſequutus ſiniſtro, mucronẽ poſteriorẽ ſupra brachia utraq; ingeras, inq; ipſo actu, mutata ſiniſtra, dextrã hoſtis manũ ſupernè ſecuris lamina contrahas, infernè aũt ſiniſtrã ipius ad te brachio ſiniſtro. Sed ſi is pari ratione te in latus dextrũ tuũ diduxerit, dextrã à ſecuri remoueas tua, eaq; ſi hoſtis humero ſiniſtro adplicaris, eũ abs te propellas. Eodem modo ſi is uſus fuerit, pedem ſiniſtrũ referto, atq; anteriorẽ mucronem habitu punctionis in pectus ipius injcias, inde aũt i tuta defenſiõe recedito.

PVNCTIO QVA APPETVNTVR PVDENDA
COÑ INTORSIONIS HABITVM.



AD hanc pugnã ita te componas neceſſe erit, ſiniſtrũ pedem prępones, pro facie tua ſecurim ſublatã contineas, dextra haſtili medio ſit adplicata, ſiniſtra uero poſteriori mucroni, inde ſi dextro fueris con-ſequutus, pudenda hoſtis mucrone anteriori haurias. Sed ſi is idem cõtra te molitus ſit, dextrũ prefigentem, ſecurimq; pro facie tua manu utraq; continentem, dextra ſit poſteriori mucroni, ſuperne uero ſiniſtra iuxta priorẽ applicata, tum in latus ſiniſtrũ, ipius impetũ mucrone ſecuris tuæ poſteriori repellas, atq; inde laminam capiti eius infigito quaſſando. At ſi is intra manus ambas capulo ſuo tuã vim exceperit, conſequutus pede lœuo, mucronẽ poſteriorem intra brachiũ aduerſarij utrũq; contra faciem ipius intorqueas: At ſi rurſus exceperit, ſiniſtro reducto pede, lami-na ſecuris tuæ brachiũ ipius dextrum conquaſſabis, inde ſecuri rotata rece-dere memineris.

HABITVS DVO VELLENDI, VNDE IACTVS FORMAT.



SI palma hinc ferre uolueris, hac ratione te accommodabis, dextrũ pedem præponito, securim sublatã pro facie tua teneto in latere sinistro, dextra teneat mucronem posteriorẽ, sinistra aũt hastile mediũ, inde consequitor pede sinistro, atq; lamina securis caput hostile concutito. Sin hostis te repellat inter manũ utrãq; capulo, tũ mucronẽ anteriorẽ pariter addita lamina sub poplitem dextrũ mittas, et uersum te attrahas. Idem uero si is usurparit, tũ uicissim et tu lamina, collo ipius hostis adiungere nõ dubites ex habitu ictus, de latere dextro colli, si ex ea effigie firmiter attraxeris hostẽ, illius impetus nocere tibi non poterit: At si aduersarius pari te ratione, attraxerit superne, in triangulũ concedas, et si eũ impetũ intra manus ambas capulo securis letalis exceperis, necnõ sursum presseris, superne eũ infirmũ reddideris. Verũ inde manu sinistra à securi remoueas, eam pedi eius dextro si admoris, atq; subleuaris, supinũ hostem prosternes.

IRRVPTIONIS FORMA PER SECVRIM.



SI propius ad hostem acceſseris, tibijs paribus erectus conſiſtas, ſecurim tuam ambabus manibus ſublatam pro facie tua teneas, pòſt ſi fueris ſiniſtro ingreſſus, lamina caput hoſtis pulſato. Sed ſi aduerſarius idem contra te uſurparit, tu eius ictui obuiam ferias, atq; eo modo ictum hoſtis eludas. Verū interea mucrone inferiore ſupra brachiū ipius dextrū ingeras, et dextra, aduerſarij ſecurim tua coniungas, inde ſi te in latus tuū dextrū conuerteris, intra ſecurim utraq; dextra hoſtis non ſine dolore eiusdem coartabis. Eadem uero ratione ſi is uſus fuerit, tibiq; extorſerit ſecurim, eam hoſti concedas, ueru manu ſiniſtra exterius comprehendas ipſius axillam dextrā, et firmiter abs te eo habitu aduerſarium promoueas, ſed dextra rurſum arripias ſecurim ex eius manibus extorquendo, atq; retrorſum ſi conceſseris, plaga letali caput hoſtile lamineq; conflictu ſaucies.

PLAGA LETALIS CON̄ HABITVM VELLENDI.



SIC te in hoc certaminis genus adaptes, dextrū pedem prępones, haſtile ſecuris utraq; manu contineas, atq; plagam letalem capiti aduer- ſarij infligas lamina tuæ ſecuris. Sed ſi is idem fuerit conatus contra te ſiniſtrum prefigentem, tum mucronē anteriorem inter brachium utrunq; hoſtis inijcias, et ſi collo eius ex parte dextra adplicaris, ipius ictū mucrone poſteriori repellas, inde laminę curuatura hoſtem ad te contrahas: At ſi is pari contra te ratione fuerit uſus, tu dextra cōmutes ab interius, ex- terius in ſecuri, eoq; habitu hoſtis ſecurim deorſum deflectas ſupprimēdo, nec nō latus colli hoſtilis ſiniſtrum lamina proſcindas. Sin uero idem ad- uerſarius uſurparit, ea uim ſecuri uerſus dextrum latus tuū repellas, ve- rum interea uiſum ipius anteriori mucrone ſi pupugeris, ab hoſte recedas.

ICTVS SVPERNVS CONTRA PVNCTIONEM.



In mutuo congreſſu hoc ſiniſtrũ prẽponito pedem, atq; pro facie tua ſecurim ſublatã utraq; manu teneas, inde dextro inſequutus, lamina tuę ſecuris caput hoſtis quaſſabis. Sed ſi idem is contra te molitus fuerit ſiniſtrũ præponentem, ſecuris mucronẽ anteriorẽ ſiniſtra manu tenentẽ contra hoſtem, dextra autẽ poſteriorẽ, capulo intra manũ utraq; ictũ hoſtile excipito, interea mucrone anteriori ipius fodito collum. Sin aut is te pari ratioe fuerit adgreſſus, tu eũ impetũ ſi in latus tuũ dextrũ repuleris mucrone anteriori ſuprr brachio ſiniſtro directo facie hoſtilem pungito. Sin uero ſecuri eũ conatũ remouerit, tu poſteriorẽ cuſpidem ſecuris lateri ipius ſiniſtro infigas. Idem cũ is uſurparit, lamina eum impetũ excipito, pòſt dextro conſequutus, pectori hoſtis mucronẽ anteriorẽ inter brachiũ eius utrũq; adigas, atq; ab eo rotata ſecuri recedas.

HABITVS SEV CASTR. VBI SECVRĪ PECTORI ADIVNCTAM HABES.

10



In hoc certamen hac ratione componas te, sinistrū pedē prēponas, manibus utrisq; securim contineas, contraq; hostem sinistram hastilis parti anteriori adplicatā, dextrā uero posteriori mucroni pectori con-iunctā et admotam, inde dextro pede consequitor, et ex habitu ictus, qui à uento appellationē sortitus est de pectore tuo securim uersus caput ho-stis dirigas. Verum si is te eadem ratione fuerit adgressus dextrum prefigentem, dextra securis partē posteriorē continentem contra hostem, sinistra uero anteriorē in latere tuo sinistro, tū dextro pede relato, capu-lo intra manū utraq; impetū hostis excipias, inde aut rursus dextrum pedem intrò collocabis, atq; mucronem posteriore in faciem ipius diri-gas. Sin id inter ambas manus securi exceperit aduersarius, sinistro in-sequutus, lamina letaliter capiti ipius infligito, et ab hoste tutò curabis recedere rotata securi.

DVÆ MVCRONVM POSTERIORVM ICTVS.

11



DEXTRVM pedem in mutuo hoc congreſſu preponas, ſecu-
rim manu utraq; contineas, dextra ſit mucroni poſteriori adplicata contra
hoſtem, ſiniſtra uero iuxta lamina, ex ea igitur conſtitutione ſiniſtro ſi fue-
ris inſequutus pede, collu hoſtis mucrone poſteriori intra brachiu utruq;
inſerto figas. Sed ſi aduerſarius idem contra te uſurparit, tibijs paribus con-
ſiſtentem, nec non pro facie tua ſecurim ſublatam media tenente utrisq;
manibus, tu uerſus dextru latus tuu mucrone poſteriori hoſtile impetu
repellas. Poſtea ſiniſtro conſequitor, atq; mucrone poſteriore cotra facie
aduerſarij inter brachiu ipius utruq; inferas. Sin uero eu conatu repule-
rit, derrepente lamina pro uiribus capiti eius infligas. At ſi caput tuum
pari ratione hoſtis adgreſſus fuerit, ſiniſtru pedem referas, capuloq;
inter manu tuam utraq; eam uim excipias, inde lamina tuæ ſecuris, ad-
uerſarij ſecurim deorſum ſupprimas, et ſi anteriori mucrone uiſu ipius
punxeris, ab hoſte recedas.

PVNCTIO. VNDE PECTVS APPETITVR. CONTRA ICTVM MEDIVM.



SI mutuò congredimini, tu ea ratione te componas contra hostem, pedem sinistrũ præfigere nõ dubites, securim sinistra teneas iuxta lamina uersus aduersariũ, dextra aut sit mucroni posteriori applicata secundũ ca-put tuũ, post insequutus dextro, mucrone anteriori pectus fodias. At si aduersarius pari ratione te fuerit supernè adgressus dextrum prępone tẽ, ex latere sinistro securim manibus ambabus continentẽ, sursum mucronẽ posteriorem tollas, & punctionẽ hostilẽ repellas in latus sinistrũ tuũ, inde aut consequutus sinistro pede, latus aduersarij dextrũ lamina ex habitu me-dij ictus concutias. Idem uero si hostis molitus fuerit, securis tuæ capulo eum impetũ excipias, interea lamina eiusdem, hostis securim supprimas, in latus sinistrum tuũ, atq; pectus ipius pungas. At si id inter manũ utrãq; capulo exceperit, lamina confestim caput hostile ferias, et inde ab eo recedas.

AVERSIONIS MODVS CONTRA EVM ICTVM.
QVO PES SAVCIATVR.

13



Si in hostis conſpectum acceſſeris, pedibus paribus rectus coſiſtas, ſupraq; caput ſecurim ſublatã contineas utrisq; manibus, ex eo igitur corporis poſitu intrò procedas ſiniſtro, et ex alto ictu directo lamina pedẽ eius prefixũ uerberes. Sin autem lœuũ prepoſueris, nec nõ iſtum pedem adpetiuerit, ſecurim demittas, et ſiniſtro pedi eã preponas, mucro anterior ſit humo inclinatus, eoq; habitu ictũ ipſius auertas. Pòſt ſublata ſecuri, dextro pede inſequutus, mucronẽ anteriorẽ collo ipius infigas. Sed ſi eundẽ impetũ lamina in latus dextrũ remouerit, infernè mucronẽ tranſmittas, atq; latus ſiniſtrũ fodias. Idem aũt ſi is moliatur, lamina tuæ ſecuris in latus ſiniſtrum repellas, inde dextro conſequutus, utrũq; mucronẽ inter brachium utrũq; contra hoſtis faciem uel pectus dirigas, poſtea aũt lamina caput eius ſi quaſsaris, ab eo recedas.

CANCELLATÆ AVERSIONIS HABITVS CŌÑ PVNCTIONEM. QVA PVBES ADPETITVR.

14



HAC ratione te accommodes, dextrū prefigas pedem, securim supra caput sublatū utraq; manu teneas, dextrā mucroni anteriori contra hostem ad- plices, sinistrā uero posteriori, inde sinistro consequutus, haurias aduersarij pudenda mucrone anteriori. Idem uero si is contra te fuerit molitus, sinistrū præponentē, nec nō securim tenueris cancellatis brachijs aduersus hostem, sinistra manus iuxta securis lamina sit posita, dextra anterius capulo adpli- cata, sinistro pede reducto, ipius punctionē mucrone posteriori in latus sini- strum tuū remoueas, interea confestim sinistro rursus progreditor, atq; an- teriorē mucronē ab inferne sursum in faciē uel hostis pectus dirigas. Aduer- sario pari ratione utente, capulo id intra manū tuā utraq; excipito, inde in triangulū si concesseris, lamina caput eius fauciato atq; ab hoste eo modo usus recedito.

ICTVS LETALIS CONTRA IMPOSITIONEM CANCELLATAM . VT INFRA PATEBIT



IN mutuo congreſſu ſic te contra hoſtem accommodes neceſse erit, pedem ſiniſtrū præponere non dubites, brachijsq; inſtar crucis conſti- tutis ſecurim teneas contra aduerſariū, inde habitu punctionis ſecuris mucronē anteriorē, brachio hoſtis ſiniſtro adplices. Sin autē contra eum ſiniſtrū præfigens conſiſtas, ſiniſtrūq; brachiū pungere is molitur, ſiniſtro retracto, uerſus ſiniſtrum latus tuū punctionem hoſtilem la- mina repelles: Verum celeriter rurſus ingreditor, atq; ictum letalem capiti ipſius lamina inferas. Sin uero is pari ratione te adgreditur, ea uim capulo intra manū utrāq; excipito, inde aut conſequutus pede dex- tro, mucronē anteriorē uerſus faciem aduerſarij uel pectus intendito: Idſi exceperit, dextro pede rurſum reducto, ictu, qui à uento appella- tionē indeptus eſt, ſiniſtrū pedem eius prefixū ſi ſauciaris, ab hoſte recedas.

GEMINA IMPOSITIO SECVRIS.



ITA compones te in hoc certamen, dextrũ pedem preponito, manũ utrang mucroni posteriori securis adplicato supra caput alleuatę, inde siniſtrõ conſequutus, latus capitis hoſtilis dextrũ tranſuerſario ferito ictu. Sed ſi idem is contra te moliatur, ſiniſtrũ contra ſe pponentem in habitu libræ, et ſecurim manu utrag contineas ita, ut anterior mucro terræ mitatur, ſecuri ſublata, capulo ſecuris tuæ intra utrãg manũ tuã, hoſtis ictũ tranſuerſariũ reprllas. Sin uero eadem ratione tu ab hoſte repulſus fueris, tũ mucronem ſecuris anteriorẽ applica brachio ipius ſiniſtro. Verũ ſi idem is contra te uſurparit, lamina id repellas, et interim ſecurim hoſtilem lamina tuæ ſecuris intercludas, et ſi pro uiribus mucronem anteriorem corpori ſeu thoraci eius infixeris, ruere aduerſariũ ea punctione compelles.

INDEX HABITVVM

Securis Loetalis.

A

Auersio Cancellata contra punctionẽ, qua pudenda adpetuntur. folio. 14.

Auersio contra ictum, quo pes sauciatur. Folio. 13.

Auersio contra plagam Lœtalem. 1.

C

Castrum, vbi securim pectori admota habes. Folio. 10.

I

Ictus Loetalis contra Impositione Cancellatu. 15.

Impositio oemina. Folio. 16.

Intorsio contra habitum vellendi. 4.

Intorsiones duę. Fol: 3.

Intorsiones duę mucronum posterior. 11.

Irruptio. Fol: 7.

L

Loctalis ictus contra adpositionem cancellatam. Folio. 15.

P

Pectoris punctio contra ictu Medium. 12.

Plaga letalis contra vellendi habitu. 8.

Plaga lætalis contra pectoris punctionem. Fol: 2.

Pudenda qua adpetuntur punctio contra Intorsionem. Fol: 5.

S

Superstructio contra punctionem. Folio. 9.

V

Vellendi duo habitus, vnde iactus procedit. Folio. 6.



XII

VETERVM GERMANORVM, ET NOVISSIMORVM PRINCIPVM ETIAM TYROCINIORVM, VEL VT HODIE VO// CANT, CERTAMINVM EQVESTRIVM ALIQVOT SPE// CIES, ET FOR// MÆ.

TITVLVS, ET DE DICATIO.

AD ÆTERNAM MEMORIAM DIVI

Maximiliani Romanorum Imperatoris, Cæsaris, et Augusti, has Tyrocinior. seu ut nunc uocant Certaminu equest-species collegi, atq; ex ordine locaui. His enim ipse D. Maximilianus studuit, casq; exercuit, pleraq; etiam inuenit primus. Quare ne huiusmodi nobilitatis honesta, ludicraq; exercitia pereant, ea immortalitati donaui: presertim ad æternam laudem nobilitatis, et eorum omnium, quibus huiusmodi ludi adhuc cordi sunt, ut scilicet hinc, quid sequi debeant ad oculum habeant, et sibi singula ad imitationem proponere possit.

SIC AMBO PRODEVNT AD STRA //

mentum, atq; descendunt in harenam, in ueteri armatura, quam Ger //
mani altam In dem alten hohen Teutschen zeug Vocant .



SIC CONGREDIVNTVR,

cominus franguntur utring; hastæ, in uctri arm



T, ATQ; IN CONGRESSV

natura, quam altam à Germanis vocari dixi.



VETVS TYROCINIJ LVDVS EST
siue ut hodie uocant, ludicrum exercicium, in armatura alta (germanicè Im hohen Zeug) ubi uterq; hastam franoit, et ad hunc modum armati in harenam descendunt, aut ad stramentum (germanice auff die pan) ueni unt. Vir ipse induitur comuni Torneamenti armatura, corollas fert, cum Trochleis facile franoibilibus: Ipse porrò insidet Ephippio ad Torneamen tum uctus conuenienti. Antilena equi stramine expletur, et suffarcinat. Stratum equi ex serico fit, Frontale uero ex Chalybe. Sicuti hęc figura presens omnia indicat.

SIC AMBO IN HARENAM

descendunt cum scutis, quæ Germani (die geschifften Dartschen) uocant.



DEINDE HOC MODO C

in concurſu cu



CONGREDIVNTVR

cum eiusdem scutis.



LVDICRVM EXERCICIVM TORNEA

menti equitando peragi solitum, quod Germani (das geschifft Tartschen Ren-
nen) uocant, ita instui debet. Vir ipse induitur Cataphracta castrensi, &
ueteri galea, cui barba ferrea magna annexa sit, quae ex hasta tactu protinus
desilit. Calcei, et tibialia ex lorica fiant. equus strato contectus sit. Hasta ipsa
cum magna Trochlea per se uertili ita premuniatur, ut medium uiri brachiu
contegat. Sicuti presens figura demonstrat.

SIC PRODEVNT IN HARE

nam, pro campestri concursu, in armatura ex Chalybe facta
quam Germani (das Stechlin geliger) uocant.



SIC VTRINQ ALTE

in predicto Tyrocinio, sub armatura ex Ch



AR ALTERVM PETIT

atus alybe facta, ut dictum est.



IN CAMPESTRI CONCVRSV, EQVI-

tando, ubi omnis armatura ex chalybe facta esse debet, quod Germani (den Bund im stehlin geliger) uocant, hoc modo preparatur. Vir ipse cataphracta castrensi integre & totaliter induitur, ueteriq; galea caput tegit, in galea uero annexa ferrea barba dependet, quæ ex primo hastæ contactu desilit. Hasta au-tem Trochlea facile frangibili premunitur. Equus porrò eam habeat armatu-ram, quam Germani (das Creütz geliger) uocant. Sicuti ex hac figura uide-re potes.



AD HVNC MODVM PRODE-

unt in harenam certaturi in tibialibus ferreis.



DEINDE SIC CONCVR

ferreis, atq; sese m



RVNT IN TIBIALIBVS

nutuo petunt.



TORNEAMENTVM IN TIBIA

libus ferreis, atq; Coriaceaceis Barsonis, uel stratis equorum, sic fit, Vir in-
dutus sit castrensi cataphracta, atq; galea ex chalybe facta. In sinistro
latere scutum gerit. Insidet autem alto Cataphractorum ephippio. Hasta
fiat cum Trochlea frangibili. Equus uero coriacea Barsona, uel strato co-
tegatur. Quemadmodum presens figura demonstrat.



SIC IN HARENAM DESCEN//

dunt, quantum ad comune Germanorum Tyrocinium & Torneamentum.



SIC CONCVRRVNT

nico com



IN EODEM GERMA//

uni Tyrocinio.



COMVNE GERMANORVM TY-

rocinium sic fieri potest. Vir communi armatura ad Tyrocinium idonea induitur, in hasta habeat corollas, cum trochleis frangibilibus. Ipse por-rò puluinari insideat, absq; ephippio. Equo tegantur oculi, atq; obtu-rentur aures. Stratum omne ex serico fiat. Habeatq; insuper ipse vir fasces stramineos satis magnos in pectore sub strato. Sicuti figura hæc recte demonstrat.

HOC MODO IN HARENAM

descendunt equites pugnaturi.



AD HVNC MODVM D

petunt equites, serio, aut



DEINDE INVICEM

aut ioculariter.



TORNEAMENTVM EQVITANDO,

ſerio, uel ioculariter, ſic inſtituitur. Vir ipſe Cataphracta induitur, quam Germani (den geſchifften küriſs) uocant. Haſta habeat Trochlea fran-
gibilem. Equus uero Barſona ex corio facta tegatur. Iuba, ſiue colli um equi armatura ex chalybe muniatur: Vnde et frontale fieri debet. Sicuti hæc ſi-
gura clare indicat.

HAC FORMA DESCENDVNT

in harenam certaturi in vittis lineis (in Wulsten) Germani uocare solent



SIC CONGREDIVNT

Lin



VR IN IISDEM VITTIS

S.



TYROCINIVM CVM LINEIS VIT‖

tis, quod Germani (das rennen mit dem Wulst) uocant, sic instituitur. Vir ipse in capite vittam lineam magnam habeat, ceterum totaliter nudus, absq; nulla armatura est. Barbam ferream gerit ex collo pendentem, cum unco magno, quo hasta sustentatur, quiq; uncus solus hastæ ictu petitur. Dein‖de habeat ex Chalybe armaturam pro genibus, quam Germani (die stech‖lin straifftschen) uocant. Hasta habeat Trochleam frangibilem, quę me‖dium uiri brachium contegat. Puluinari insideat. Equus autem tectus, et obcęcatus sit strato serico. Sicuti ex hac figura videre potes.

HOC MODO IN HARENAM

descendunt certaturi trans septa.



SIC FIT TYROCINIVM

rc Ital



I TRANS SEPTA MO„

ico.

16



TYROCINIVM ITALICVM TRANS

septa sic fit. Vir ipse Cataphracta castrensi, quam Germanicè (ain geschifften feldküriss) dicimus, induitur: galeamq; habet ad hoc Tyrocinium idoneã. Scutum in sinistro gerit latere cum craticula. Alto Cataphractorũ Ephippio insidet. Contactus, aut ictus in scutum fit. Equi uero strato serico teguntur, premunianturq; frontali ex Chalybe facto. Quemadmodum figura hæc docet.



SIC DESCENDVNT IN HARE

nam pugnaturi in Trochleis, quas Germani (die geschifften scheuben) uocant.

17



SIC CONGREDIVNTV

Trod



VR IN PREDICTIS

hleis.



TYROCINIVM EX ARMATVRA

articulatim annexa, quam Germani (das geschifft Scheuben rennen) vo„
cant, cum Trochleis, sic fieri solet. Vir ipse totaliter cataphracta induitur, et
ueteri galea. Habet deinde Trochleam, et barbam ferream annexā, quæ in
contactu, aut hastæ ictu desiliunt. Ipse Cataphractorum ephippio insidet.
Hasta munitur Trochlea frangibili, quæ tamen medium uiri brachiū con„
tegat. Equus obcætatur strato serico, præmunituraq; frontali ex Chalybe facto,
Sicuti hæc figura indicat.

SIC IN HARENAM DESCEN,,

dunt pugnaturi in Italico Armetino.



SIC DEINDE IN CONC

tuo petunt in c



VRSV INVICEM MV//

dem Italico Armetino.



TYROCINIVM ITALICVM IN AR

metin (ut uocant) sic instituitur. Vir ipse castrensi cataphracta, atq; articu-
latim annexa induitur, habetq; suparium cataphractorum more. porro alto
insidet Ephippio. Hasta fiat cum Trochleis frangibilibus. Equus ipse obcæca-
tur, ornaturq; strato serico, et Frontali ex chalybe facto. Sicuti ex hac figura
coonosces.

SIC IN HARENAM DESCEN//

dunt, cum ex obliquo concursu pugnare uolẽnt
quod Germanice (der schwaiff) dicitur.



DEINDE SIC CON

in eodem concu



NGREDIVNTVR

ursu obliquo.



TORNEAMENTVM, SIVE TYRO

cinium comune, et obliquum, quod (der ſchwaiff) à Germanis dicitur, ſic fieri debet, Vir induatur humerali, et Thorace, ubi uncus magnus in eſſe debet. In capite habeat uetere galeam, cum appendente longa barba ex chalybe facta, quæ ex haſtæ ictu, ſiue tactu ſtatim deſilit. Circum brachia nudus, in genibus armatus, armatura, quam Germani (die Streifftſchen) uocare ſolent. Haſtæ habeant Trochleas uerſatiles, quæ medium viri brachiu contegat. Equus obcecatur ſtrato ſerico. Sicuti in hac figura cernere licet.

HOC MODO IN HARENAM

descenditur, quod Tyrocinium Germani (den bund) vocant.



SIC CONCVRRV

dicro Tyroc



NT IN EODEM LV„

nÿ concurſu.

24



TYROCINIVM, QVOD GERMA„
ni (den bund) uocant, instituitur. Vir ipse habeat galeam, quã Germanicè
(ain Renhuet) uocamus, atq; Thoracem, cum unco magno. Deinde ferream
barbam gerat, quæ ad hasta tactum desiliat. In brachijs nulla sit armatura.
In genu uero armatus esse debet cum armatura, quam (die straiffteschen)
uocant. Nullo omnino utatur Ephippio. Hasta habeat Trochleam ver„
satilem, quæ medium uiri brachium contegat. Equus strato serico tegatur,
atq; obcæcatur. Quemadmodum ex hac figura cognoscere liquet.

AD HVNC MODVM IN HA„

renam descendunt pugnaturi in Sartagine, quod Ger„
mani (In der pfannen) uocant.



DEINDE SIC CO

eodem exerc



ONCVRRVNT·IN

itio Sartaginis.



TYROCINIVM SARTAGINIS, GER-
manicè (das Pfannen rennen) uocant, hoc modo fit. Vir absq; omni arma-
tura sit. In pectore uero habeat clypeum magnum, cum craticula ferrea, in
qua hasta figatur, et quo tendere debet. Sine omni ephippio equo insideat.
Ipse equus quoq; tectus, et obcęcatus sit strato serico. Sicuti hęc figura apertè
demonstrat.

FINIS.

27







XIII.



COGITANTI MIHI SEPE DE

splendore Torneamentorum, que ante annos Sexcentos in Germania agi coeperunt, eademq; longo tempore post fortiter atq; honestè (ut maxime decuit) exercita, tandem in mentem uenit, eorũ descriptiones, ritus, consuetudines, et leges si libro nostro adjcerem, qui totam artem gladiatoriam, que apud antiquissimos in usu fuit, tũ etiam nostro floret seculo, complectitur, eidem certe haud exiguũ ornamentum atq; splendorem allaturas, quare cum essent quidã, qui me id ut facerem exhortarentur, eorum ego uoluntati, meoq; consilio resistere nolui, sed potius decreui primũ Torneamentũ, adiunctis eiusdem origine, constitutionibus, ritu, et legibus, quã breuissime describere, ea tamen ratione, ne quicq; historie deesse uideatur. Apposui item duas figuras Torneamenti, artificiosissimè depictas, in perpetuam rei memoriã & documentũ uirorum nobilium, tũ etiam ut his admoniti uirtutem potius amplecterentur, quã ut illiberalibus studijs operam impenderent. Fuit autem Torneamentorũ autor Henricus eius nominis primus, cognomento Auceps. Imperator. is Magdeburgi anno nongentesimo tricesimo octauo, die dominica proxima post festum trium regum primus Torneamentorũ ludum exercuit in recreationem, atq; laudem triumphi memorabiliũ Ducum, Principũ, Comitum, et nobilium, qui tunc temporis sub predicto Imperatore aduersus Hunnos infideles et rebelles fortiter pugnantes uictoriam obtinuerũt, sub Imperium Romanũ eos compellentes. De toto autẽ negotio et instituti Torneamenti ratione Cesarea Maiestas retulit quamprimũ ad principes, precipuè ad quatuor totius Imperij duces primates, scilicet Cunradum Comitem Palatinum ad Renũ Hermannũ Sueuie ducem. Berchtoldum Bauariæ, atq; Cunradũ ducem Franconie. Quorũ singuli ad Torneamenti constitutiões, atq; informatione tres Viros deligerent, experientia rerũ et auto-

ritate prestantes, quibus se additurum itidem tres Imperator promiserat. His igitur Viris quindecim delectis summa rei, et instituti Torneamenti officium delegarctur.

IMPERATOR ITAQ; DELEGIT

ERicum dominum in Prewberg.
Hermannum Comitem in Milberg.
Alardum de Burckstorff, erat is eques auratus.

CONRADVS COMES PALA"

Tinus ad Renum dedit ad negocium illud conficiendū

THeobaldum dominum in Rodemach.
Guilielmum dominum in Rolingen.
Eberhardum de Raczemhaus equitem auratum.

HERMANNVS DX SVEVIE

FRidericum ad Hohenhewen.

2

Fridericum dominum in Hohensaxen.
Georgium de Schöllenberg equitem auratum.

BERCHTOLDVS. DVX. BAVARIÆ

ARiouinum Comitem in Hohenbogen.
Seifridum de Hohenburg.
Hildebrandum Ebrom equitem auratum.

CVNRADVS FRANCIE DVX

hos infrascriptos.

HEnricum Comitem in Schlisselberg.
Iohannem dominum in Bickenbach.
Fridericum de Ehenheim equitem auratum.

CÆSAREA itaq; maiestas his iniunxit, ut quampri-
mum sein unum locum conferrent, negotiu tractandum susciperent,
atq; consilijs comunicatis consultarent, qua ratione tantus triuphus
et ludus auratis equitibus dignus adparari, instituí, atq; perfici co-
modè posset. Quare iussa Imperatoris capessentes, congregati ea de
re prudenter cogitare atq; disserere ceperunt. Veru ex ijs cu nemo eius

rei certam haberet cognitionem, neq; ſuo ſæculo de Torneamentis quicq;
percepiſſet, tantum abeſt, ut oculis ſuis ea perluſtraſſet, ex indicio
conſiliiq; Hermanni Comitis in Milberg poſtularunt ſibi Magiſtrũ
Philippum adiungi, tunc temporis Cęſareæ Maieſtatis Secretarium,
quem prędictus Comes ſępius, de Torneamentis, eiuſdem conſtitutio-
nibus, legibus, et priuilegijs, uerba facere audierat, is enim eas Tor-
neamentorũ conſtitutiones in longinquis regionibus uiderat, multa
ijsdem de rebus memorię mandauerat, multamq; cognitionem eorũ
Torneamentorũ habebat, quę olim, ſuoq; tempore in Britania fuiſſet
inſtituta: is igitur poſtquam eſſet uocatus, ad eos ſe omni mora remo-
ta conferebat. Ex eo cum cognouiſſent, quę ad rem propoſitã facere
uiderentur, atq; conſtitutiones Torneamentorũ, ordinationes, uſum,
leges, et priuilegia Secretarius ijs declaraſſet, habitis ſuper ijsdem re-
bus conſilijs pro negotij inſtituti neceſsitate, Cęſaream maieſtatem,
principesq; Imperij adeuntes, ijs Magiſtri Philippi conſilia de Tornea-
mentis, tum etiam ſua decreta aperiebant, quæ certe conſilia prȩcipuè
autem Magiſtri Philippi, atq; etiam reliquorũ Imperator maximè ad-
probauit. Hęc cum eſſent explicata, de articulis huic rei inſtitutę co-
uenientibus cogitare pro ſua prudentia cęperunt. Sunt autẽ arti-
culi duodecim conſtituti, primus ab Imperatore ipſo: quatuor ſubſe-
quentes principes ſupra commemorati, quorũ ſinguli ſingulos edidêre:
quatuor item alios, Torneamenti Conſiliarij ad hoc delecti: decimũ
pronunciauerũt quatuor illi præfecti recens ordinati: Vndecimum
duodecimũq; Magiſtro Philippo decernendi poteſtas data eſt.

IMPERATORIS ARTICVLVS
de Torneamentis

HOC I ludo abſtineant trimitatis, eccleſięq; Chriſtianę contemp-

tores, item hęretici notorij, qui à uera et catholica Ecclesia declinarunt.

CVNRADI COMITIS PALATINI.

II.

QVI temere contra Imperatoriam maiestatem, nec non aduersus Sacrum Romanũ Imperium delinquunt uerbis uel factis, clam uel apertè ijsdem detrahentes

HERMANNI DVCIS SVEVIĘ.

III.

QVI uiciũ honestis matronis, atq; virginibus ui obtulerunt prorsus non admittantur.

BERCHTOLDI DVCIS BAVR.

iæ articulus

IIII.

QVI aliorum literas resignarunt, periuri, infamesq; facti sũt et iũdicati.

CVNRADI FRANCIÆ DVCIS V.

QVINTO etiam non admittantur ad Torneamentorum ludos ij, qui dominum suum prodiderunt, transfugę, tum etiam isti, qui ciues suos sine causa temerè trucidant.

HOS quinq; articulos, postq; essent conditi, tradidit Cęsarea maiestas consiliarijs Torneamento præpositis, mandans simul, ut iam sextum ederent. Inde ordinatos Torneamentorum quatuor Prę-fectos confirmauit, quorum nomina iam subsequuntur.

DE Reni tractu: dominum Meinolphum de Erbach.
Ex Sueuia: Carolum dominum in Hohenhewen.
Bauariæ ducatu: Georgium in Wolfhartshausen.
Ex Francia: dominum Ernestum de Grünbach, equitem auratum.

SEQVITVR IS ARTICVLVS, quem consiliarij Torneamento prepositi fecerunt

VI.

QVI eiusdem lecti consortem clanculum uel apertè trucidarit: uel etiam alios ad eam rem perpetrandam consilio iuuerit, ut dns suus interficiatur per insidias uel latrocinium, is prorsus nequit ullo iure Torneamenta exercere.

SEQVVNTVR NVNC PRÆFECTORVM TORNEAMENTI QUATUOR ARTICULI, QUOS IPSI COMPOSUERUNT

4

VII

SACRILEGI item qui montium fauces, viduas, et orphanos depredati sunt, uel bona ipsorum ui occuparunt.

VIII

ITEM si quis absq; legitima causa, omni iure contempto hostes mutui effecti, alius alium citra militare ritu, atq; consuetudinem læsisset, uel incendio vineis, frugibus, et annone alterius nocuisset, unde res comunes detrimenta cepissent: uel si quis publicus hostis et grassator fuisset iudicatus, ij omni iure ab hoc honestissimo Torneamentorũ ludo arceantur.

IX

QVIm sacro Romano Imperio innouatione, nec non alia grauamina inducunt citra Imperatoris consensum, atq; comune Regionis usum, et consuetudinem, unde mercatores regias uias ire atq; redire non possent: tum etiam regionum conterminarũ Incolę in discrimine uictus et uitę uersari cogerentur, istis planè potestas atq; omnis facultas exercendi Torneamenta sit precisa.

X

ADVLTERI manifesti, tũ qui probrũ obtulisset alys honestis matronis, atq; monialibus, uel etiam ij, qui virginem uel alterius coniugem ui compressisent, uel eas aperte uitiasset, itidem ab hoc exercitio arceantur.

SEQVVNTVR IAM DVO
postremj articuli à pħilippo Secretario conditi

XI

QVICVNQ nobiles ſuo ordine et ſtatu nobili, redditibus, prouentibus, feudis hereditarijs, uel aliunde conceſſis propter ali" quod officium, ſtipendijs, uel proprijs bonis et poſſeſſionibus non fuiſſent contenti, verum mercaturam, Cambiumq; exercuiſſent, pro" polamue egiſſent, ij nequaquã admittantur ad Torneamentum.

XII

QVICVNQ originem ſuę nobilitatis ab auis atq; atauis non duxiſſent, etiam ij remoueantur.

CĘTERVM ſi qui poſt Torneamentũ peractum horum duodecim articulorum ũnum uel plures fuiſſent tranſgreſſi, uel eos penſi nihil habuiſſent, ij in manifeſto Torneamenti ludo atq; exercitio coram omnibus infamentur, uerberentur, cumq; ipſis pro equo ſuo de" certetur, ipſi uero pòſt ſupra ſepta collocentur. Atq; hęc cauentur pœna amiſſionis nobilitatis, et inſignium nobilium. Quapropter iſta omnia prius per pręconem promulgantur, ut quisq; nobilium ſibi quã optimè ab iſtis poſſit cauere. Et quemadmodum Chriſtiani integri animum et mentem ſuã ad duodecim ſymboli apoſtolici articulos dirigunt, in ijs reperiri cupiunt, ita nobiles hoc genus exercitij uſurpare uolentes, omnino curent, ne in pręſcriptarũ prohibitionũ pœnas incidant, quo omni diligentia Torneamentorũ exercitiũ et conſtitutiones ſeruentur incorruptę, et quantũ quisq; ſibi proſpicere poſſit, caueat ne in calumnia incurrat, neq; nominis periculum et famę notam ſubeat.

5

POSTQVAM igitur Cæsarea maiestas articulos, atq; Torneamenti constitutiones istas prẽclaras perlustrasset, atq; adeò approbasset, eas in conspectu principũ recitari imperauit, quę mirũ in modum omnibus adprobatę fuerunt. Quod cum Imperator cognouisset, eas statim confirmauit, priuilegijsq; exornauit, atq; in perpetuũ incorruptè conseruandas esse mandauit ea ratione, ut supra commoratũ est.

PRIVILEGIA TORNEAMENTI

STATVEBATVR itaq;, ut ea Vrbs, locus et terminus, ubi hospitabantur, omnibus ijs, qui Torneamenti gratia eò confluxerãt, libera essent et priuilegijs donata exceptis hęreticis, latronibus, atq; delatoribus, id igitur publicè promulgabatur, ut ea libertas decem & quatuor dies ante initiũ Torneamenti, totidemq; pòst duraret et rata esset. Præcipuè aũt locus Torneamento destinatus omni modo ea septimana, qua præparant se dimicaturi singulis priuilegiatus sit, qui eò se conferunt gratia agendi de Torneamento. Præterea eo ipõ tempore, ijsdemq; locis non licerat aliquẽ Torneamenti consortem in ius ducere, et cum eo aliter lege agere, quàm quòd constitutiones Torneamenti edocẽt. Neq; uero quisquã pugnę huic cõmittat se, nisi prius errata sua confessus fuerit. Nemo ignobilium galeam offerat probandam seu spectandam, neq; equo insidens quasi dimicaturus se exerceat: id cautum sit sub pęna viginti marcarum argenti, amissione item phalerarum, et omnium, quę ad exercendum Torneamentum præparauit, quę Caduceatorum sunto, equus uero eorum ministris detur.

PORRO si quis Torneamenti particeps et consors in uxorem ciuis cuiusdam filiam, uel agricole duxisset, is de iure, quoad uixerit, nequit Torneamenta impunè exercere, neq; ipsorum posteri, ex huiusmodi coniugibus ignobilibus procreati in tertiã usq; progeniẽ. Sin autem huiusmodi scilicet qui talem duxerit, habeat fratres uel propinquos, quorũ aliquis Torneamento interest, is pro prędicto semel uerberetur atq; puniatur, quod quidem natura insigniũ suorũ demonstrat. Ex eadem familia unus tantũ ad Torneamentũ se conferat, eiusdemq; consors sit, nisi forte in eadem stirpe eques auratus esset, qui pro seipso torneamenti ludum exerceret, ceteri omnes pro suo genere et stirpe sui nominis Torneamentũ exerceant, neq; quisquam ipsorũ alia ratione ex cõmunibus sumptibus id uisitet, quàm constitutũ est: Comes sex equites secũ habeat: Baro quatuor: eques Auratus tres sibi adiũgat: Nobilis uero duos. Si quis aũt numerũ prędictũ auxerit, fiat tũ id propriis impensis. Verũ si quispiã se consciũ earũ legũ, quas supra commemorauimus nouerit transgressorem esse, atq; nihilominus pro sua familia dimicaturus Torneamentũ uisitaret, tum minister eius societatis Caduceatorem asumat, et delicti pœnã eidem significet, utpote, quàm primũ eius insignia fuerint conspecta, statim uerberandus sit. Cum uero alius quispiam ex amicis eandem pœnã sustinere cupierit; tũ eius rei Caduceator certiorẽ celeriter faciat eum prefectum Torneamenti, sub quo adscriptus est is qui periculum pro suo amico subire non dedignatur, quo leuiori pœna afficiatur. Etiam id Caduceatoris est, conspectis eius insignibus, qui reiectus est, sed amicus eius eadem gerit sub reiecti persona, ut statim publicè promulget, q; quidã Nobilis sub alterius insignibus pro amico suo sit Torneamenti dimicationem inituru s, eiusdem nomen properè publicet, pro quo fortunã hanc subeat, ut manifestũ sit heroidibus atq; virginibus, nec non ceteris spectatoribus eum pro alio terga prębere. Sin uero quispiã legũ transgressor ipe pugnare

6

uelit, huic dimicatio minimè denegatur, ueruntamen pœna quam com-
meruit, eidem prius denunciatur. Cum itaq; pœna denunciata iam is
Torneamentū minus uisitat, tūc sequenti Torneamenti exercitio et cōcur-
su nobiliū citatur, et si tū quoq; id reformidans non apparet, ad tertium
Torneamentū admonetur tota ipsius stirps et progenies, ut ipsum exhor-
tetur, quo se citatus iam ad Torneamentū conferat, uel duos suę stirpis
et familię in locū nocentis atq; transgressoris, pœna amissionis liberta-
tis et priuilegiorū Torneamenti substituat. Item qui interea Torneameti
consors, affinitate et connubiose eidem familię ex qua transgressor oriun-
dus est, quā diuq; iste rebellis existit deuinxerit, atq; coniunxerit, ijdem,
eorundemq; liberi et posteri in eadem pœna pariter cū transgressoris
progenie sunto, donec in gratiā cum suo prefecto Torneamenti, et Iudici-
bus redierint. Cum itaq; rursus id exercitiū illis fuerit concessum, pari
honore, ut ceteri hospites in Torneamento excipiantur.

ET si dies exercendi Torneamenti illuxerit, quilibet dimicaturus ob-
ligatur suum prefectum Torneamenti, sub quem constitutus est, con-
uenire, atq; nomen suū dare, huic actui tres Caduceatores interſint.
Omni demq; diligentia curabit, ne equū habeat insiliente, mordace,
atq; alterius equi furore morsuq; adpetentem uel calcitrone, quo in di-
micatione uti uelit. Id si non seruarit, in pœnā iam incidit, nec non
ob eam transgressionē uerberetur: phalerę, reliquaq; ornamenta ad
Torneamentum preparata ea ratione sint adornata, ne quemuis aliū
pungat uel proscindant, neq; alio armorū genere utatur, quam cestu
Torneamentis apto, et ense, ij ad formam prescriptam sint facti, atq;
adprobati, id postq; transactum est, dimicet iuxta leges et constitutio-
nes Torneamenti, eiusdemq; ius & consuetudinem.

FIMITO Torneamento quicunq; dimicauit ad prefectum ſuum ſe conferat, ſub quo ordinatus eſt, ab eoq; literas ſuę dimicationis acci-piat, id autem fiat in preſentia duorum Torneamenti prefectorum, duorũq; Caduceatorum, ab ijs literę iſtę teſtimoniales diſtribuantur. Sed iuramento cauetur, ne ulli, niſi publicè in Torneamento dimica-uerit, huiusmodi literę exhibeantur, cuius rei gratia Torneamenti prefecti ſeſe ſubſcribere debent, ſinguli ſub ſuis partibus. Principibus eas literas exhibere neceſſe non eſt propter preclaram ſtirpis origi-nem. Nam Reges corona redimiti, principes uero ſertis capita exorna-ti ad Torneamenta conuenire debent, atq; eo modo eadem exercere.

Neq; Reges ſeu Principes ut ſint in aliqua Torneamenti ſocietate et Con-ſortio, quemadmodum reliqui nobiles, obligantur. Fimito igitur Tornea-mentorũ exercitio ſolitum eſt Choreas ducere, certare concurſu equorũ mutuo, haſtas equeſtres quaſſare, ijsdemq; concurrere. Item premia quatuor ducatibus diſtribuere, quo prefecti iſti quatuor Torneamenti recens creati, à ueteribus prefectis ratione officij excipiant, aliaq; quę ad officium hoc ſpectant, ſinguli aut in preſentia trium ſuorũ Tornea-menti conſortium, qui teſtari et conſignare tenentur. Atq; his conſti-tutionibus habeant ſua initia Torneamenta, pariq; modo ut comemo-ratum eſt, finiantur. Verum ſi iam cuncta ad id exercitiũ ſunt prepa-rata, arbitri certaminis quatuor, item alij quatuor inter columnas ordinentur, duo ex unoquoq; ducatu eligantur, donec fiat diſtributio: Etſi Buccinatores intonant, et claſſicum canũt ad congreſſus mutuos, tum qui ſunt ad columnas conſtituti, eas diſſecent et demoliantur, quo minus congreſſuri prepediantur, ij plectantur, qui in poenas inciderunt, id quamprimũ factum eſt, atq; arbitri mandant rurſus tubas inflari, tum dimicatores ceſtus reijciant, corripiantq; enſes, atq; inui-cem deſecent criſtas, ceteraq; ornamenta: id quoq; ſi fuerit conſumatũ, ſepta recluduntur, et conſuetudo Torneamenti conſeruata eſt. Cum uero eorũ, qui Torneamentum exercere uolebant numerus tam freques

atq; copiosus esset, ut neq; unu neq; alteru Torneamentu ijs sufficeret, diuisi sunt in quatuor Torneamenta differenter, atq; ij, quoru noia mox in subsequentibus ponentur, in arbitros delecti, et ad columnas, ut ante mentio facta est, ordinati.

ARBITRI PRIMI TORNEA-menti

DE Reni tractu Ellingerus Comes ab Witgenstein.
Ex Sueuię ducatu Georgius Comes ab Leiphem.
Ex Bauariæ ducatu, Heinrichus Comes à Fornbach
Ex Francia Ernestus Comes de Cassel.

INTER COLVMNAS CONSTI-tuti

DE tractu Reni Henrichus dominus in Erphrode.
Ex Sueuis Wolfgangus dns de Hohengeroltsegk.
Ex Bauaris Mauritius dominus de Barsperg.
Ex Francis Iohannes Wolfgangus de Geiren eques auratus.

ARBITRI SECVNDI

DE Reno, Iohannes Wolfgangus de Marca.
Sueuia, Otho à Zollern.
Cum itaq; dimicaturis exhibitũ fuiſſet poculũ. S. Ioannis, ut nos uocamus. i. hauſtus ultimus, ſupremus Iudex adhibitis ſibi delegatis conſedit in locũ iuxta ſepta extructum ad dimicationem diiudicandũ. Arbitri uero, quilibet iuxta eũ cui haſtam ꝓtulerat intra ſepta equis inſidentes cõſiſtebant. dato inde ſigno di-micaturis per Iudicem ſupremum, fortiter concurrerũt, ſicuti in figura infra adparet.





159
A60



IN concurſu primo clypeos mutuo fortiter haſtis cõtigerunt, nullo cõcidente, pauliſperq; haſtas exercentes inuicem concertarunt: inde autem poſtq; haſtas reieciſſẽt, eductis enſibus, retro clypeos ſuos viriliter dimicarũt, atq; interim neuter ipſor. nudũ ſeſe exhibuit. quam ob rem ab omnibus ſpectatoribus uiri fortes uterq; iudicati ſunt, Cum itaq; ad horam dimidiam enſibus contra ſe inuicem cõcertaſſẽt equis inſidentes, neutrq; eſſet ab altero loeſus, in concurſu uehementi, cũ nõnihil Theobaldus ſaucius eſſet, utrq; enſibus ex graui conflictu ſpoliabantur, nulla arma habentes amplius quàm pugiones, tum Giß quantũ poterat celerrimè ſtringebat pugionẽ, uer. interea Althaimerus equo deſcendens, correpto enſe, eo ſe defendere et tueri cogitabat, hoc uiſo Theobaldus citato curſu in locũ ſupiorẽ contendebat, quo cũ peruenĩſſet, equo itidem deſcẽdens apphendit haſtã, quam proſpexerat equo adhuc inſidens, altera tantũ manu, quoniã nimis celeriter Althaimerus ueſtigijs ipſius inſiſtebat, etiã ut Althaimerus haſtã corriperet. Verũ Giß cum neq; enſem neq; pugionẽ haberet, pter haſtã utraq; tandem manu correptã, pro uiribus eã ex Althaimeri manu extorq̃re conabat. Cũ uero Althaimerus Theobaldũ in dorſũ clipeũ ſuũ reiecciſſe, atq; nullis armis pter haſtã, eſſe munitũ proſpexiſſet, prope haſtam Theobaldo Althaimerus iminebat propere procedẽs, atq; punctionẽ in hoſtẽ diriebat. Quod animaduertẽs Theobaldus Giß, protracto clypeo ſuo qui dorſo propendebat, enſis mucronẽ excipere conabat, ſed Althaimerus magis induſtrius pruenerat ipſum, enſẽ iuxta umbilicũ, infra clypeũ aduerſarij corpori infigẽs, quo uulnere Theobald⁹ territus, corpore inclinato haſtã adpphendere cupiẽs, Althaimerus rurſũ iuxta pubẽ gladiũ corpori capulotenus infixit, etiã hoc uulnere accepto tã graui Theobaldus ſeſe dedere negabat, reſurgẽte igit ipſo Althaimerus capiti eius grande uulnus inflixit, tũ primũ Theobaldus ſeſe cõuertere ad deũ, atq; gratię diuinæ ſeſe cõmendare. Exinde arbitri utriq; propere aderãt, capiti clypeũ ipſius ſupponentes, cõſolabant ipſũ, ſed is in ipſo articulo expirabat.

Poſtq; igit Giß obijſſet, Althaimerus incolumis, et omni ex corporis parte illeſus ad Iudices accedẽs interrogauit, nũ ſecundũ ius regis iniuriam à Giß illatam fortiter

9

pepulisset, atq; honeste, et legitimè dimicás, iure victoriá obtinuisset: Cui Iudices respõdentes, eũ iuxta ius regis famá suá defendisse iure, atq; legitimè dimicasse pro ca cõseruãda, nec non honestè uictoriá obtinuisse affirmabãt. Posthęc Althaimerus deo õipotẽti, atq; legibus manibus in cęlũ sublatis ingentes gratias egit. inde septis reseratis Althaimerus à suis comitibus qui ipsius partes fouebãt gratissimè et magno applausu acceptꝰ est. Verũ ècontra ij qui partibus Theobaldi Giß fauebãt lamentabant, et lugentes ipsũ ad sepulchr, usq; magno gemitu, moerore, atq; tristitia comitabant. Omnes autẽ ꝓpter eã dimicationem althaimerũ laudibus ad astra usq; ferre. Qua ex re magnam sibi authoritatẽ apud omnes conciliauit et peperit laudem ĩmortalem.

Facta autẽ hęc dimicatio est amo 1370. 4. Februarij proximo die ante festũ D. Aghę, Monaci supra forum.

Cęterũ post dimicationẽ modo sufficienter descriptá annis 39, duo alij nobiles pedites Auguste in foro Vinario dimicarũt, qua autẽ ratione id singulare certamen peractũ sit, paucis dabo.

ANNO millesimo, quadringentesimo nono, cõtrouersia nata est propter famá alteriꝰ ab altero læsá inter Wigileũ Marscalchium à Dornsperg, et Theodoricũ Hachsenacker, erat autẽ uterq; nobilis, quam litem nemo tunc temporis dirimere poterat.

Quare alter alterꝝ ad dimicationem iure concessum dimicaturiꝰ prouocabat. Cum itaq; negotiũ pacificè non posset transigi. de dimicatiõe mutua, inter utriusq; amicos et socios agebat, iuxta statuta et leges decertanda.

Cum igitur pro utriusq; uoluntate esset res transacta, ut ferro decernerent. Concessum est ipsis, ut pedites dimicarent intra septa, harena undiq; conspersa, et uterq; ensem strictum manu altera contineret, ensem uero in uagina alium reconditum haberet, quo esset accinctus. Clypeis autem uterentur ligneis, corio et neruis obductis, aculeis

ferreis, ut ex figura patebit, obęratis, Chirotheca pollici apta: pileolus caput ęneus contegere utriusq; facies tamen esset minime pręmunita, non induerentur lorica uel alio quoq; munimine, quo corpora ipsor. cõmunirentur. Tunicę ex lana cõfectę, atq; artissimè consutę, superinduerentur prętereą indusijs fericis albis in certamine singulari. Dimicatio igitur ista Augustam in forum Vinarium reijciebatur ut eo in loco dimicaretur.

AD id certamen spectandũ Principes aliquot, nobiles, plurimiq; alij Viri clara stirpe progeniti Augustam sese contulerant, quibus certè magni honores deferebantur, pręter munera splendida, quibus ab Augustano Senatu tanq; grati hospites donabantur.

QVANDOQVIDEM uero statuta, leges, reliquaq;, quę ad dimicationes legitimas spectant, supra luculenter descripsi, superuacaneũ esse uidetur, ea hoc loco repetere: quare ad ipsum propositum properabo.

CONSVLES Augustani pro uoluntate et petitione dimicaturorum, in foro Vinario locum dimicationi designatum prępararari curabant accuratissime. Cum igitur dies dicta imineret atq; illuxisset, ex omnibus tribubus circiter uirorum duo milia eligebantur, qui septis ad tumultus et seditiones prohibendas adessent.

EO enim tempore nobiles plurimis Viris fortibus comitabantur.

10

Eo item die, quo erant mutuo dimicaturi, quatuor Vrbis portę tantum, quas nos capitales uel principales adpellamus, erant apertę, magno presidio munitę. Consules secum habebant equites strenuos circiter centum et uiginti ad conseruandam pacem et tranquillitatem. Verum quando Consulum diligentiā et offitiū hoc loco cōmemoro, ipsor, quoq; nomina, atq; insignia, idest clypeos et galeas designabo.

Dominus Vdalricus Köntzelman Patricius.



Dominus Laurentius Egen Plebeius.



CVM itaq; dimicaturi iuxta ius regis, et consuetudinem dimicationis, eiusdemq; leges atq; statuta essent citati, uterq; forti et beneuolo animo in habitu ad dimicandum concesso ad locum designatum peruenerunt. ibi tum per buccinatorem edicebatur atq; cauebat pœna capitali, ne quis īmodestiam ullā, uel aliud genus tumultus exerceret. Qua autem ratione animo forti dimicarint, et se mutuo adgressi, in figura infra patebit.

BSB



II



QVVM itaq; ſcutis et enſibus ſtrictis mutuo uiriliter cõcurrerent, enſis Marſcalchij primo in medio diſrumpebatur, quo facto plurimũ aduerſarius gaudebat, atq; uerbis acerbis contra Marſcalchiũ inuehebat, quaſi id eſset indiciũ certũ q; Deus ipſum uellet manifeſtè propter ſcelera perpetrata ulciſci. Ver. Marſcalchius arrepto clypeo inferioribus aculeis ferreis clypeo affixis, tantũ aduerſariũ Hachſenacker. urſit, ut et is enſe reijcere cogeret, manu utraq; ſcutũ corripere, necnon Marſcalchio totis uiribus reſiſtere. Porro cũ animo forti ad horã fermè dimidiã dimicaſſet, aliqua ex corpis parte Marſchalchius Hachſenacker. nudũ proſpiciens educto animoſè gladio, ſupernè intra ſuperiores ſcuti cuſpides corpori hoſtis enſe totis animi uiribus circa humer. infixit, et cũ Hachſenackerus impetũ hoſtilẽ per ſcutũ ſuũ auertere moliret, enſe corpori Hachſenackeri infixũ Marſcalchius coactus eſt relinq̃re, tanta ui eũ impulerat. Ver. Marſcalchi⁹ cũ iã eſset enſe ſpoliatus, correpto ſcuto, aduerſariũ tanto impetu eſt adgreſſus, et ſcuto tantũ hoſtẽ urſit, impellẽdo coartãdoq;, ut Hachſenackerus proſterneret, educto inde ex corpore Hachſenackeri quẽ infixerat, Marſchalchius aduerſariũ ſuũ Hachſenacker. interfecit, quare Marſcalchio uictoria addicebat, et penes ipſũ uictoriã dimicatiõis conſtitit. Hęc aũt dimicatio ſingularis Auguſtę Vindelicor. in foro Vinario anno 1409. ut pmiſim⁹, tranſacta eſt.

Ceter. utriuſq; victoris et victi ſcuta in templo. d. Leonardi extra Auguſtã paſsus circiter ducẽtos in perpetuã rei memoriã affixa, longo tempore adparuerũt, at cũ ex mandato Senatus Auguſtani anno 1542. id templũ deſtrueret, ex mercenarior. incuria perierũt, uel ut quorundã eſt opinio, furtim ſurrepta. eã uero formã et effigiem habuere, quẽadmodũ ipſe meis oculis uidi, ut infra depicta eſt.



J 2

Propositis igitur ob oculos duobus dimicationū exemplis et generibus, ut pollicitus sum, quo iure, legibus atq; conditionibus dimicandū sit, officio meo satis fecisse mihi uideor.

Porrò, qua ratiōe arma antiqua et quantū nostro seculo mutata, atq; habiliora, splēdidi: oraq; effecta, tū etiā ad meliorē usum adducta, paucis dabo: habitus artē dimicationis atq; arma, quibus dimicaturi indui debent, ordine, uti decet, distribuam.

Altaimerus, Theobaldus Giess.

INSIGNIA DIMICATI one equestri concertātur orum,



Gumpenbergensis,



Marschalchius.

INSIGNIA CADVCE atorum;



Marschalchius,



Hasenackerus,

INSIGNIA CERTAM ine pedestri dimicatur orum,





SEQVITVR iam, quo modo equi dimicaturo, preparari debeāt, item qua ratione hamū usurpari oporteat, qui hosti injicitur.

Quicunq; eques dimicaturus est, primū omnium curet, ut armis et lorica tutissimè sit munitus, ne qua ex parte aduersario nudū se exhibeat, item prius armis indutus sese exercuerit, atq; equus eius ad dimicationē optimè sit edoctus.

INSTRVCTIO FRENI P̄PARĀDI.

FRENVM duo habeat lora uel habenas, ut si cum hoste luctari sit necesse, uel alios habitus certaminis mutui exerceas, alterū lorum in hamū inferiorē injcias, quo inde magis tutus sis, atq; id si fuerit factū, manu utraq; dimicare possis. Alterum longius sit, si ita uolueris more Italor, nodo annexo, idq; sinistro adplices brachio, nodus autē ꝓpterea annexus, ut lorū laxare, et breuius efficere possis pro tuo arbitrio.

Hamum thoraci affigi curabis iuxta cingulū infernè, operāq; dabis, ne ab hoste auellat, tum etiā quoties necessitas postulet, ut eidem hamo lorū injcias. Equus autē ea ratiōe sit edoctus, ut in quamcunq; partem te moueris, in eandem etiā equus deflectat, et sistat, dum manu utraq; concertas. Insuper, ut sciat equus, si altero pede eū punxeris, utrum in latus se flectat sit necesse, et quid agere oporteat. Iniecto in hamū inferiorem loro, cōmodius equū regere licebit, quā collo equi laxatū si adplicaretur, eúq; pro arbitratu tuo domare, denig; altero, quod brachio sinistro secundū cubitū est adplicatū equū compescere poteris, flectesq; in quamcunq; partem uelis conuerso corpore.

Sin uero hamo carēres singulari certamine dimicans, equū domare pro arbitrio tuo non posses, tū etiam altera tantum manu liceret concertare, et cū supra equi collū lora essēt laxata, facile ab aduersario loedi posses, quare diligenter curabis, ut ratiōe freni habita

J 3

rite equum regas, ne aduersarius sub loris exerto brachio corripiat freni partē eam, q̄ supra caput equi existit uel uerticem, atq; frenū detrahat, quod ne fiat, hoc modo p̄uenies.

Freni ea pars, qua equi uerticē occupat ferrea catena sit obducta, similiter alter, lorum catenatū sit. Insuper lorū quoddam occultū fieri curabis ei parti, qui equi uerticē ptingit amexū, eo sub iuba protracto ad ephippiū usq; sellę fibula aßuatur infernè et id quidē occulte, in quā fibulā lorū adplicet, ea igitur ratiōe caueb̄is, ne equus tuus freno spoliet, neq; ense discindi possit, etiā si totis uiribus hostis conet, neq; lor. sub iuba uidebitur.

Clauos etiā acutos ei ferro, cui habenę utrinq; sunt annexę, affigas, ne aduersarius manu sua corripiat, atq; equū concitet ut assurgat furiosē, posset. n. fieri ut equus hoc modo retrorsū cōcideret te ipsi insidente, hoc itaq; una hac re p̄ueniri potest, cuius modo supra facta est mentio. Sepissimè. n. fit, ut dimicantes mutuo nihil nō tentēt atq; experiant, quare diligenter curabis, ut equū habeas, qui dimicans non in altū assurgat.

DE HAMO, QVI HOSTI

p̄ter opinionem iniycitur.

EVM hamū hoc modo p̄parato, lorum non dissimile ei, quod capistro est annexū, fieri curabis, id sellę interne affigas iuxta alam sellę dextram, hamū eidem annectas, hamus autē hac forma sit , lorum complicato, ut occulte tecū possis habere quem. admodū capistrum. idq; lorum mensurā trium uel quatuor ulnar. habeat pro arbitrio tuo, atq; sub tunicella geras. Cum uero hamo uti uoles, occultè manu dextra corripito hamū ea ratione, ut cuspis de manu deorsum uergat, densior aut hami pars superior

intra duos digitos consistat. Si igitur eo modo contineas hamū, manu, dextro pedi adplicata supra tunicellā, contra hostem adcurras, et quasi cubitū uel humerum tuum, aduersarij axillę inferere uelis, eumq; prosternere uel complecti simulato, uel alioquis habitu uti, uerū mutato consilio, subito hamū superne ipsi adijcito ubicunq; poteris, inde subdito equo calcari, si fueris alacriter progressus, hostem deijcies retrorsū, hamo item multifariā uti licet.

Poteris hamū loro annexū, sellę parti posteriori alligare, sicuti capistri annecti solet, ut omnes esse capistrū arbitrentur, sed id fieri oportet magna industria, et ut sit firmiter sellę annexū. Iam igitur edoctus es, qua ratione te armis et equo ad dimicandū pparare debeas, item qualiter hamū usurpare sit necesse.

ADMONITIO ET RATIO

nuditates perscrutādi, quā cuiq; scire opus est, qui uel eqs uel pedes dimicaturꝰ est armatus.

PRIMĀ quęras in facie ensis mucrone, quicunq; in dimicatione fuerit cōcessus. Secundā sub axillis utrisq;, et interne iuxta cubitum. Tertiā in utrisq; chirotecis, atq; interne in manu. Quartā in poplitibus utrisq;. Quintam sub pube intra pedē utrunq;, et ubicunq; arma non coniunguntur arcte, uel etiā ubi iuncturæ armor, sunt patentes. aduersarius igitur his locis modo commemoratis lędendus erit. ea propter quicunq; dimicaturus est, eas optimā cognitionem habeat, ut eas cuspide equestris hastę, uel ensis mucrone, tū etiam pugionis adpetat.




IS


XV

EQVES VTENS HASTA TRABALI CONTRA PEDITEM BIPENNEM VTENTEM.

1



AD prędictum accessum equestrem hoc modo te adaptes licebit. Si contineas hastam equestrem sursum directam supra pedem dextrum, et citato cursu peditem inuadas, prius tamen hamo superiori hasta im-posita. Sin autem aduersus hostem tu pedes consistieris sinistrum pedem prępones, atq; bipennem ex habitu ictus superni contra hostem tenens, expectasq; aduersarii, tu, si is propius accesserit, ex latere tuo sinistro uer-sus ipius dextrum, ictum bipennis regendo, hastam equitis Martiam ferias, eoq; habitu deorsu supprimas fortiter, ac si pede dextro subsequutus fueris in triangulum, continget ut eques hastam suam ipse urgendo dis-rumpat. At si ensem stringere conetur aduersarius, tum gemino gradu uersus eu prosilias, atq; lamina tuæ bipennis collum eius retrorsum ex la-tere ipius dextro corripueris, nec no adtraxeris, tu de equo hostē deijcies.

CERTAMEN PEDITIS LANCEA VTENT



SI quando euenerit, ut eques cursu te urgeat equestri, atq; te lœdere
teriorem uero contra hostem porrigas. In primis autem diligenter c
equo insidens contra te inuehitur cursu citato, hastam equestrem u
hastam de latere tuo dextro uersus equitis sinistrum, lancea tua ex
ciem ipsius subinde direxeris, futurum est, ut ipse semetipsum deyci
libuerit.

S CVM EQVITE HASTA EQVESTRI VTENTE.



netur, tum lancee mucronem posteriorem terræ infigas, an-
abis, ut lancea utrimq; commode uti, possis, ut si aduersari
rpans, ex utroq; latere eum repellas. Et si te adgreditur, eius
utias. Si igitur is te porrò urserit, tuq; lanceam tuam in fa-
, et inde ense Hispano agere contra hostem poteris, quodcuq;

HABITVS IN QVO EQVES VTENS VENABV-LO PVGNAT CVM PEDITE BIPENNEM VSVRPANTE.



CVM ad hostem equo ueheris hoc modo te componas contra aduersarium, venabulum supra pedem dextrũ erectum dextra contineas, et inde ex ea constitutione ad militem aduectus venabulum in hamũ superiorem conijcias, eoq; modo eũ adgreditor incurrendo. Sin uerò is eodem contrà utitur habitu, tum sinistrũ uersus hostem preponas, et bipennem in forma ictus superni contineas, atq; venabulum eius ferias de latere tuo sinistro in aduersarij dextrũ, eoq; modo impetũ ipius remotus iam est. Inde aũt gemino gradu ad eum prosilias, et corripias ipius collum ex latere sinistro bipennis lamina, fortiter si attraxeris equitem prosternes.

CERTAMEN EQVITIS VENABVLO VTENTIS CŌN PEDITEM ENSEM SE DEFENDENTEM.



HAC ratione te accommodato, venabulum supra pedem dex-
trum erectum tollas dextra manu, atq; inde contra hostem incites
equum iniecto venabulo in hamū supernū, adpetasq; ipius būculā.
Id aūt si contra te constituatur neq; bipennem neq; lanceam habentē,
sed tantum te ense defendentem, eo educto ultra faciem tuam tollas,
atq; ensis cruce eo habitu venabulum equitis sursum urgeas, et im-
petum ipius remoueris, post aūt leuato ense supra caput, in trian-
gulum concedas, nec non equi aduersarij neruos pedū posteriorū
incidas, eo igitur negocio confecto, equus procidet, et conari con-
tra hostem poteris, quodcunq; placebit.

RATIO QVA EQVES PEDIT



HOC modo te contra equitem componas, ſiniſtrum pedem prep
tineas, cuſpidem contra hoſtem, inde ex iſta corporis compoſitio
retorqueas. Verum ſi tu idem fieri à pedite animaduerteris, tuq; ſis
infixo paulo ſupra cingulum iniycias, poſt haſtam equeſtrem ex h
neas, eaq; ratione intra manum utranq; uim eius repellas in latus tu
per quod haſta impeditur, ne ſub axilla tranſuehatur retrorſum, ſ
ſaris, ſupinum eum conſternes contorquendo haſtam in hoſtem.

LANCEAM AVERTERE POTEST.

5.



ere memineris, lanceam utraq; manu ex latere dextro con"
e dextro ſubſequutus, cuſpidem porrectim contra ipius uiſu
ques, tum frenum, quo equus regitur, hamo inferiori thoraci
no ſuperiori remotam, et manu utraq; correptam tranſuerſim te"
iniſtru, atq; inde rurſum haſtam equeſtrem iuxta retinaculu,
eriori hamo injcias, atq; impetuoſe curſu citato ſi hoſti occur"

DIMICATIO EQVITIS GLADIO VTENTIS CON̄ PEDITEM ENSE HISPANO & CLYPEO ORBICVLARI VENTEM.



In hoc concurſu contra peditem ea ratione compones te, Si aduertes peditem contra te muehi, citato curſu contrà incurras ſtricto enſe, atq; ſi prope hoſtem adeò conſtiteris, caput eius ferias, ictu ex latere tuo dextro uerſus hoſtis ſiniſtrū conuerſo. Sed ſi is equo contra te fertur pari ratione, tum ſiniſtrum prepones pedem, atq; dextra enſe hiſpano educto celeriter, nec non orbiculari ſcuto pro facie eleuato ſiniſtra manu, eius ictu remoueas, inde aūt enſe hiſpano pectus equi ſi tranſuerberaris, concidet anhelans, & tu hoſtem adgredi poteris pro tuo arbitrio.

CERTAMEN PEDITIS ENSE HISPANO VENTIS. ET CLYPEO CŌ EQVITĒ GLADIVM VSVRPĀTEM.

7



ENSEM hiſpanū in prędicto certamine hoc pacto exerceto adiuncto clypeo orbiculari, Si tecum eques pugnaturus ſit, ſiniſtrum pedem pręponas, educto gladio hiſpano celeriter dextra, arrepto ſiniſtra ſcuto in tuta tui defenſione, et ſi contigerit, ut eques aduerſum te muchatur, gladio utens, caputq; tuū adpetens, tum ſublato clypeo ſiniſtra, aduerſarij ictum repellito, inde autem enſe hiſpano ferias equi talos pedis utriusq;, et eo ictu equus corruet, poſtea uero ad placitum certabis cum hoſte.

HABITVS IMPVLSVS LIBERI EX LA



LANCEA in hac dimicatione hac ratione utitor, Si animaduer
pedem preponito, atq; lanceam iuxta pectus sinistra contineto in st
uersus hostem dirigito, et si contigerit, ut contra te equu incitet uibr
sinistro in hostis latus dextrum, eo itaq; modo ipius hastam remou
bus impugnes lanceæ impulsu, inde aut curabis, ut lanceæ mucro pos
lœdere ulla ratione queat eques.

CEA. COÑ EQVITEM HASTA MARTIA VENTEM.



s equitem contra te curſum flectere, tuq; pedes conſtiteris, ſiniſtru
libero, dextram uero mucroni poſteriori adplicato, anteriorem
equeſtri haſta, tum deflectas lanceā conuertendo de latere tuo
: inde autem ſubſequutus pede dextro, buculam eius totis uiri
or terræ infixus ſit in tui bona defenſione haſta conſtituta, ne te

RATIO CERTAMINIS VBI EQVES ENSE VTIT. SIMVL ETIAM HASTA COÑ PEDITEM LANCEAM VSVRPANTEM.



CONTRA equitem tibi infestum lancea tua hoc modo te defendas, contra eum sinistrum pedem pręponas, lancea ex latere dextro directam teneas, contra hostem mucronē anteriorem por" rectum in habitu punctionis. Sin aut contra peditem lancea prę" dicta ratione utentem, equū tu incites, tū hasta equestri, eius lan" ceæ contingas ex primo congressu partem anteriorem, atq; eius im" petum inde auertas in latus dextrum tuū, ueru in ipo auersionis habitu propius ad hostem equū conuertas, ipiusq; lanceam sub ax" illam tuam dextrā subiungas, inde aut ex hamo superiori reÿcias equestrē hastam, citato cursu si occurrsaris militi, necnō ense educto, corpus eius eodem transuerberes.

DIMICATIO PEDITIS BIPENNE VTENTIS CON EQVITEM HASTAM EQVESTREM EXERCENTEM.



QVVM uictoriã ex ea dimicatione ferre uolueris, ea ratione, quę iam ſequitur, te accommodato. Si eques tibi occurrat equeſtrẽ haſtam exercens, ſiniſtrũ pedem pręponito, atq; bipennis laminam hoſti obiectam contineas, tum ſi eques tecũ inire certamẽ conetur haſta equeſtri utens, correptã ipius haſtam, bipenni tua, ſurſum tollas, & eõ modo impetũ ipius remoueris, inde aũt, quantũ poteris, uiſũ ipius, mucrone bipennis impetas tuæ. Verũ ſi idem tibi equiti acciderit à pe-dite, nec uti equeſtri haſta poteris, eã ex hamo ſuperiori reijcias, equũq; in latus tuum ubi deflexeris ſiniſtrũ, enſem ſtringas, uerſũq; ipius bipennem ferias, tũ remotus eſt hoſtis impetus, inde aũt contra eum citato curſu incurras, et enſe eum tranſuerberes.

ALIVS PRECEDENTIS MODI HABITVS.



BIPENNEM hac ratione in prędicta dimicatione guberna-
bis contra equitem equestrem hastam usurpantē, Si eques te fuerit adgres-
sus hasta equestri cursu citato, tu pede sinistro contra aduersarij latus dex-
trum consistas, atq; partem hastę eius anteriorē, lamina bipennis tuæ fe-
rias de latere tuo sinistro uersus ipius dextrū, ea itaq; ratione hostis im-
petum remoueris, inde eius hastam deorsum si depresseris, ipse eques co-
getur supinus equo excussus concidere, neq; te lędere porro poterit, in
primis aūt si rite hoc habitu uti uolueris, curabis, ut equitis tecū cer-
tantis hastam tua biperne supprimas quā celerrimè poteris, ita ut ex-
cutiat seipsum, inde aūt pugnabis pro tuo arbitrio.

RATIO VNDE PEDES EQVITEM STERNERE QVEAT.

12



CVM tu ſis eques, nec non peditem contra te euntẽ conſpexeris enſe hiſpano utentem, tũ et tu enſem ſtringas, et ſi uerſus eũ mueẽt? equo fueris, caput eius adpetas. Sin aũt is pari ratione te adgredia- tur, atq; ſuperne te appetere conetur, ſublato enſe hiſpano impetum hoſtis, acie enſis longa in latus tuũ ſiniſtrũ remoueas. Inde autem contra eũ quàm celerrimè poteris proſilias, in dextrũ ipſius latus, atq; ſiniſtra manu aduerſarij dextram corripias, eoq; habitu ſi eũ remoueris, nequicq; tecum certare poterit hoſtis, inde autẽ totis uiribus enſe hiſpano collũ tranſfigas hoſtis, et ea ratiõe eques ruet.

ALIA FORMA DEIICIENDI EQVITIS.



SI equo insideas, atq; peditem contra te conspexeris certaturum ense hispano, nec non scuto orbiculari assultus tuos remouente, equo subdas calcar, et contra ipm̄ inuehitor stricto celeriter ense, mucrone in faciem hostis uel pectus conuerso. Sed si aduersarius tibi pari ratione occurserit, tum uim ipius repellas acie longa prę- missa uersus latus sinistrū. Inde aūt ad hostem insilias abiectis ense hispano et orbiculari clypeo, & manu sinistra directa supra brachium hostis dextrū exterius, eius cubitū interius corripias, et si deorsum traxeris, nec nō dextra ex latere eius sinistro collū circundederis, hostem deÿcere quibis citra corporis tui detrimentū.

ALIA EFFIGIES STERNENDI EQVITEM.

14



IN habitum modo commemoratū ſic te accomodabis, ſi eques tibi occurſarit, dextro pede contra eū conſiſtas, et enſem hiſpanum celeriter ſtringere memineris, et ſi eueniat, ut et ipē gladium ſuum eduxerit, atq; te mucrone adpetat curſu citato, tunc enſe tuo hiſpano, ipius gladio obiecto, in dextrum hoſtis latus impetū eum repellas, inde uero prope aduerſariū ut conſiſtas curabis, et ſiniſtra manu pedem eius dextrū inferne correptū, uerſus latus eius ſiniſtrū ſubleues, pòſt ſi enſe hiſpano faciem ipſius pupugeris, neceſſe eſt ut concidat.

PRIMA PREPARATIO EQVITIS CONTRA CVSTODIAM IN DIMICATIONE.



QVVM equo insideas, in hoc certamine ita te adaptes ne-
cesse erit, hastam martiã dextra iuxta retinaculũ in manubrio
sublatam contineas supra pedem dextrũ prope ephippiũ, cuspis hastę
sursum uergat, sinistra uero frenũ arripias, inde equo subdas calcar,
uerũ in ipso cursu hastã hamo superiori iniycias, cũspidem deorsum
contra peditis pectus demissa. Sin aũt aduersarius contra te pari
modo inuehitur, & tu nudus sis, manuq; dextra cęstum teneas, uel
fustem, sinistra autem frenũ, tũ obuiam illi procedito cursu citato,
ita tamen, ut latus tuum dextrũ, dextro itidem hostis lateri iungatur.
Pòst sublato brachio dextro, cuspidem hastę ipius, de latere dextro
tuo uersus hostis sinistrũ fuste quassato, et eo pacto impetũ hostilem
remouebis, inde si citato cursu fueris longius progressus, te ab omni
periculo redimes.

SECVNDVS PRECEDENTIS HABITVS MODI.

16



AD eum habitū ea ratione te accommodes neceſſe erit, haſtam ſellę impoſitā erectam contineas ſupra pedem dextrū, cuſpide ſurſum uergēte, dextra retinaculo admota ſeu manubrio ut uocāt, ubi haſta commodē & equitū more teneri poteſt, ſiniſtra frenū teneat, ex ea igitur præparatione equo calcar ſubdas, ſed in ipo curſu hamo ſuperiori haſtam equeſtrē iñycias inclinata cuſpide uerſus hoſtis pectus, atq; latus ipius dextrū pectoris ea-dem ſaucies. Sin uero idem tibi ab aduerſario contigerit, et tu fuſtē dextra contineas ſiniſtra uero frenū, obuiabis hoſti, atq; impetū eius excutias cęſtu de latere dextro, in latus aduerſarij ſiniſtrum, eo modo remorabe-ris curſū hoſtilem, inde aūt rectā à latere ipſius dextro progreditor.

VSVS HASTÆ EQVESTRIS CON̄ HOSTEM GLADIO VTENTEM

17



AB inicio ſtatim curabis ut haſtam in hamū ſupernū conÿcias, atq; contra eū incurras equo inſidens proclinata deorſum equeſtris haſtę cuſpide, inde aut ea rurſum leuata celeriter, cuſpidem in facie ſeu pectus aduerſarÿ contorqueas. Verū ſi pari ratione contra te muchatur hoſtis, tū obuiam curſu citato ei procedas, et enſem contineas ſupra prę dextrū in ſella equeſtri dextra manu, frenū ſiniſtra, pòſt enſem, haſtæ aduer-ſarÿ ex parte anteriori ſi admoueris uerſus latus tuū ſiniſtrū, impetus ipſius iam repulſus eſt, inde accedas propius ad latus aduerſarÿ dextrū, enſiſq; cruce haſtam eius tollas ſurſum ultra humerū, et nodū in eius bu-culam impellas, id ſi perfeceris, iuxta latus eius dextrū prope progreditor,

ALIA AVERSIO PER ENSEM CON̄ HASTAM EQVESTREM.

18



AD eum concurſum hac ratione te cõponas, ſi in hamũ ſupernũ haſtam conieceris, totis uiribus curſu citato haſtam in pectus aduerſarij cõ torqueto. Sed ſi is idem contra te uſurparit enſem dextra in capulo continentẽ pro pectore, mucro in altũ uergat, tum hoſti obuiato, et punctione repellas eius, enſe hoſtili haſtę admoto de tuo latere ſiniſtro uerſus dextrũ, et inde curſum flectas contra eũ propius accedendo, ipiusq; haſtam eo habitu ſub axilla dextra tua comprẽhendas, et nodũ enſis in bucula hoſtilẽ contorqueas. Idem uero ſi uiciſſim conetur aduerſarius, iecta haſta ex hamo ſuperno dextra, hoſtis itidem dextra anterius corripias, atq; ea ratione impetus eius irritus fiet: inde autem rectà ſi fueris iuxta eum ex latere ipſius dextro progreſſus deÿcere eq̃item poteris.

AVERSIO PER ENSEM



SI aduersarius equo insidens contra te inuehitur, hasta hamo iniecta, tu autē ante te ensem strictum contines, mucrone sursum uergente, tū brachio sublato contra ipsum et tu incurras, uerū in ipo cursu ensis mucronē in latus sinistrum demittas deorsum. post si ipius hasta trabalis tibi proxima fuerit, manu tua co-uersa eo modo, ut acies longa superior sit, breuis uero acies interne hastę aduer-sarij iungatur, mora omni remota, munimento ensis, hastam ipius sinistrorsū remoueas, atq ea ratione uim hostilem repulisti. Deinde autem reassumpto gla-dio curabis, ut uel mucrone uel nodo uisum hostis lœdas.

HABITVS VNDE BRACHIVM DEXTR⁊ SVPER-
INIICERE HASTĘ ADVERSARII LICEBIT. QI DICI P̄T SVP̄NA INTORSIO.

20



QVVM in hamū ſupernū haſtam conieceris, mucrone pectus aduer-
ſarij citato curſu impetas. At ſi vis pari modo te adgreſſus fuerit, nudusq; appareas,
nec non pro pectore enſem contineas dextra, ſiniſtra frenū, ei obuiam concurrito,
et admoto enſe, haſtę ipius, eam uim remoueto uerſus tuū latus dextrum. Inde
aut brachium tuū dextrū, ipius hoſtis haſtę ſuperinȳcias, eoq; pacto ſub axilla
tua retineas, enſe uero inferne traducto curabis in primis ut enſis munitio ſeu crux,
haſtæ aduerſarij ſubſtet, pòſt progreditor curſu citato, atq; haſtā hoſtilem ex ha-
mo ſuperno enſe tuo excutito uerſus latus ſiniſtrum tuum

AVERSIO PER HASTĀ EQVESTRĒ VTRINQ.



IMPOSITA hamo hasta trabali aduersarius contra te si muehitur, tu subitò habenas hamo inferiori injcias, et hastam transuersim ea ratione arripias, ut cuspis sursum uergat, densior uero pars deorsum in latere dextro, eo modo uicissim ei obuiā occurras, atq; eius hastam contingas externè de latere hastæ hostilis dextro, mucrone hastæ tuæ, postea si ex latere tuo sinistro, trabali hasta, aduersarij tui hastā remouueris in latus ipius itidem sinistrū, uis eius infirmata est, nec non relinquere hastam aduersarius cogetur: Verū in ipo transitus actu curabis, ut hastam tuā utroq; brachio attollas, cuspide anteuersum propensa, atq; uisum uel axillam aduersarij figas. At si is eodem modo te adgreditur, dextro brachio externè eū conatū repellas in progressu, et ea ratione hostis spe sua decipietur.

HABITVS, QVO EX DEMISSA PER HVMERVM DEXTRÆ HASTA TRABALI TVA, HOSTIS EQVVM PROSTERNIS.



QVVM utriq; haſtas equeſtres hamis ſuperioribus impoſuiſtis iã iam concurſuri infeſtis haſtis, tu qui decipere ex habitu cõmemorato hoſtem cupis, equũ tuũ uertas, et ſubito haſtam eximas, ſimulatoq; fugã, te itidem conuertas, obſeruesq; num hoſtis adhuc te perſequatur haſta trabali hamo impoſita. Et ſi uideris te ab ipõ urgeri, pauliſper remoraberis donec propius te accedat aduerſarius, tũ haſtam retrorſum per humerũ dextrum demittas ea ratione, ut cuſpis pedibus hoſtilis equi ſit interpoſita, et ipſius haſta, tuæ exterius iungatur, interea aũt firmiter dextra haſtã equeſtrem contineas iuxta partẽ eius craſsiorẽ, ſeu manubriũ, necnon rectã brachium pariter cũ haſta ſi extendas, punctionem hoſtilem repellis, ſimulq; equũ eius proſternis. Verũ poſtea equo tuo conuerſo de latere tuo dextro in ſiniſtrum, ut conſpectus tuus hoſti rurſum ſit obiectus, pro arbitrio tuo cũ aduerſario pugnare licebit.

PERMVTATIO VTRIVSQ EQVITIS HASTAR



EA ratione te ad prędictam dimicationē preparato, iniecta haſta hamo ſuperno, pectus hoſtis ſupernè haſtæ equeſtris cuſpide impugnes. Sin uero is idem contra te uſurparit, tum & tu uiciſsim contrà incurras, necnō ab haſtę aduerſarÿ parte anteriori tuā tranſmutes de latere tuo dexTro, in ipſius itidem dextrū, et fortiter ea remoueas, buculaq; eius impugnes. Verū ſi is pari ratione te adpetat, remota ſiniſtra dē habenis in ipſo curſu, inde ſi haſtam ipius remoueris. eadem de tuo latere ſiniſtro uerſus dextrū tuū te liberabis ab omni periculo.

INCVRSVS VNDE RETINACVLO HASTÆ IM-PETVS HOSTILIS AVERTITVR.

24



INIECTA hasta equestri hamo, citato cursu totis uiribus ha-sta thoracē hostis adpetas. Sed si is eadem ratione utatur contra te, et tu non dum hastam hamo imposueris ab hoste prȩuentus, tū et tu uersus latus aduersarij dextrū muehitor, & hastam ante te transuersam conti-neas, cuspidem contra terrā demissam ex latere sinistro, uerum in ipo cursu, hastæ retinaculo impetū hostis in latus dextrū tuū remoueas, pòst remota freno sinistra manu, eā hastæ tuę adplices, atq; has ta equestri sublata in ipo concursu, cuspide eiusdem, buculā hostis fodito.

RATIO PREVENIENDI COÑ AVERSIONEM PER HASTAM MEDIAM.



HOC modo te in prędicta dimicatione geras, si hamo miieceris hastā, citato cursu pro uiribus contra hostem propensa cuspide equestris hastę in aduer-sarij pectus. At si is idem contra te moliatur, tuq; pręuentus fueris ita, ut occa-sio injciende hastæ in hamū pręcidatur, tum contrà incites equū uersus latꝰ ipius dextrū, et hastam pro te teneas transuersam, cuspidem uero eiusdem ex latere si-nistro deorsum appares, hastam frenūq; coniunctim manu sinistra, eaq; ratione uim hostilem hasta illatam (: addito equo stimulo :) mucrone posteriori tuę hastę repellas in latus dextrū tuū, inde dextrā ab hasta remoueas, eamq; si medię ha-stę hostili suppositeris, perrexerisq; cursu pleno, eam hosti ex hamo deflectes per humerum dextrum.

RATIO IMPELLENDI COLLVM HOSTILE PER HASTÆ PARTEM DENSIOREM.



IN hoc concurſu ita te componas, cū haſtā hamo iniecerīs, contra hoſtem uehementi curſu inuehitor uerſum pectus haſta intenta ſupernè. Sin autem is idem conatur, neq; conijcere haſtam in hamū tibi conceditur, etiā tu pariter contra eū curſu certabis, arrepta haſta tranſuerſim, uerū in ipo curſu, eius impetū retinaculo haſtę excipies tuę, remouendo de latere tuo ſiniſtro, uerſ9 dextrū pro uiribus. Et eo habitu hoſtis haſtam reijcere cogetur, inde autem frenū hamo inferiori iuxta cingulū thoraci infixo injcito, ſublata poſtea equeſtri haſta ſupra caput, dextrā priorē haſtæ admoueto, ſiniſtram uero poſteriorē ſuper capite, atq; ex ea diſpoſitione, molē haſtæ affixā uel retinaculum, ſeu tutelā, utrū mauis, eadem. n. ſignificant, in collū eius anterius ſi contorſeris, fuerisq; progreſſus curſu citato, aduerſarius ruere cogetur

HABITVS, QVO HOSTIS IMPETVM PER PAR-
TĒ DENSIOREM HASTÆ FACTVM, MANV REPELLAS.



AD commemoratū modò habitū ſic te accōmodabis, cū haſtā in hamū ſuperiorē coniecerīs, equo calcari ſubdito, hoſti occurſato, haſta ſupernè in pe-ctus eius directa. Verū ſi is pari ratione contra te inuehitur, tū etiā tu contrà accurras, necnon frenū injcias hamo inferiori, & manu utraq; haſtā tranſ-uerſim ſuper equo tuo teneas, dextra uero adplicata ſit retinaculo uel lamine, ſiniſtra ſit poſterior, atq; in ipo curſu, lamina uim hoſtilem de latere dextro tuo uerſū hoſtis itidem dextrū, poſtea eandem collo hoſtili, uel bucula impellas. Idem uero cū aduerſarius contra te uſurparit, reiecta equeſtri haſta, retinacu-lum dextra, aduerſarij corripias, eūq; impetū ea ratione remoueas, inde aut ſi fueris progreſſus curſu ueloci, equē eum poteris ſternere, atq; is te.

RATIO IMPELLENDI MENTVM. QVO HOSTI SOLEM MEDIVM VIX VIDERE LICEBIT.



AD eum concurſum hac ratione te componas, ſi hamo equeſtrẽ haſtã impoſueris, contra hoſtem mouehitor citato curſu buculã ipius adpetendo, cũ uero is taliter contra te equũ flectat, celeriter obuiã et tu aduerſario curſu celeri procedas, et haſtam tranſuerſim pro te contineas ſupra ephippij partem ante-riorẽ, uerũ in ipo concurſu, ipius impetũ remoueas haſtę tutela ferrea uerſus ſiniſtrũ latus tuũ, at ſi hoſtis pari modo tuũ impetũ repulerit, tu reiecta ha-ſta, quã proxime poteris, ei appropinquabis curſu, indeq; brachio dextro ha-ſtam ipius excutias, et ea ratione ſurſum haſtæ tutela ſeu retinaculũ tolletur, poſt manum dextrã, hoſtis mento exterius ſupponas, ſupra haſtam eius di-rectam, et ſi inde fueris progreſſus curſu citato, hoſtem proſternes.

HABITVS. VNDE HOSTIS IMPETV̄ PVNGĒDI AVERTES. QVO FODERE EQVI PECTVS CONETVR



HOC modo te prępares licebit in cōmemoratū habitū, quāprimū ha-
ſtam equeſtrem hamo ſuperno impoſueris, contra hoſtem incurras equi eius pe-
ctus adpetens. Sin uero is ſimili ratione contra te inuehitur, tū frenum inferiori
hamo iuxta cingulū imponere non ceſſes, uiciſſimq; illi occurſes, pronā cōtineas
haſtam humū uerſus, atq; hoſtilem impetū ex eo habitu remoueas in latus dex-
trū tuū ita tn̄, ut haſta ipſius exterior ſit: inde deorſum uergas tutelā haſtæ,
dextra manu ſupra pedem dextrū conſiſtentē, ſiniſtrā uero tollas ſurſū, et ea
ratione haſtā hoſti eycies ſurſum, ſi curſu ueloci progreſſus fueris de latere ſi-
niſtro tuo, uerſus ipſius itidem ſiniſtrū, ſimulq; eū uel ipellere uel ferire poteris.

EQVI STERNENDI RATIO PER HASTAM.



SI hamo imposueris hastam equestrẽ totis uiribus hosti occurrito, hasta contra equũ intenta. Verum si euenerit ut is pari ratione contra te cursu ueloci inuehatur, teq; prẽuenerit, ne hamo injcere hastã possis, tũ etiam tu pariter hosti occurras, cuspidem terræ infigas, capulum uero dextrã pro bucula galeæ tuę si tenueris, impetũ eius remoraberis, nec nõ equitem, equũq; prosternes, et si hostem cecidisse conspexeris, hastam celeriter de manu dextra rejcias, atq; ex latere hostis sinistro cursu citato progrediaris.

CVSTODIA PER ENSEM VTROQ DE LATERE.



SI utriq custodia ensiu utimini strictoru, atq habenas hamis inferiorib⁹ miecistis, tu aut, qui uictoria potiri cupias, ensis capulum dextra tenes, et sini- stra mediu ensem ea ratione tamen, ut mucro contra hostem sit extentus. Et si ad- uersarius tuus itidem suu gladiu haud dissimili ratione adprehenderit, prog uiribus contra te muehitur, punctione minanti, tu in custodia, qua consistieras ab inicio, contra incurras, pertingente gladio tuo hostilem iuxta aduersary sinistra manu externe. Deinde sinistra ab ense remota, dextra consequitor, ut munimeto ensis, sinistram hostis urgeas gladiu tenente, de latere dextro tuo, in aduersary sinistru, atq eo modo ensem ipius intercludere poteris, et omne uim hostilem ita eludas li- cebit. At si is pari ratione te concluserit, tu dextra ex capulo remota, brachiu eadem subito corripias, et si inde fueris progressus, te liberasti.

CVSTODIA IVBATA. VBI EQVES ENSEM EQVI AVRIBVS INTERPONIT. CONTRA CVSTODIAM LATERALEM.

32



In modò cõmemoratũ habitũ ea ratione componito te, educto gladio in occursu celeriter, eũ dextra ex femore dextro contineas, ense nudo auribus equi seu iubę impoſito, mucrone contra hoſtem porrecto. Sed ſi vis pari modo te adgre" ditur enſe ſtricto, tu uiciſſim obuiato, enſe educto, eũ dextra contineas ex la" tere ſiniſtro in habitu lateralis cuſtodię ſupra manũ tuã ſiniſtram, Si itaq; conſiſtas, et aduerſarius contra buculam tuę galeæ certet ex cuſtodia iubata, tum eũ remoueas enſe tuo in latus dextrũ tuũ, inde autem in prętorrendo, ca" put ipius retrorſum ferias.

CVSTODIA LATERALIS COÑ CVSTODIA SVPNA.



SVBDITO contra hostem muehitor in prędicto habitu, et in ipso cursu educto ense, eũ dextra manu in femore itidem dextro, mucrone deorsum demisso super pede dextro in habitu lateralis custodię. At si idem contra te usur- parit hostis, etiam tu contrà occurrito ense dextra educto, eũ sursum ultra ca- put tuũ dirigas in custodiam supernã, mucrone contra pubẽ hostile porrecto, et eo modo eũ saucies. Sed si is pari ratione contra te utatur, ense tuo eũ im- petũ repellas in latus tuũ sinistrum, inde aũt ferias uel pungas axillã uel latus dextrum hostis, atq; cursu citato prętereas.

DVÆ ALIÆ CVSTODIÆ EQVESTRES PER ENSE

34



AD eũ concurſũ hoc modo prę parabis te, enſem ſtringas, atq; eius capulum dextra teneas in habitu cuſtodię ſuperne, porrecto contra hoſtem mucrone, inde aut ex ea conſtitutione contra eum inuehitor mucrone collum hoſtile appetens, At ſi is idem uſurparit, te enſem dextra tenente, etiã tu occurrito curſu citato, et enſem teneas in habitu cuſtodię lateralis ex latere dextro, inde uero ſurſum enſem dirigas contacto ipius gladio, impetũ ipius ea ratione repellas uerſus latus ſiniſtrũ tuũ, poſt autẽ ptereas curſu ueloci, atq; capitis latus dextrũ ferias uel pungas pro tuo arbitrio.

ICTVS. QVI NOMEN EX IRA SORTITVR. CONTRA HABITVM AVERSIONIS.



IN hoc concurſu hoc modo te geras, enſem dextra contineas ſublatum, inde contra hoſtem curſu ueloci inuehitor, atq; ictu, qui nomen ab ira adeptus eſt, ex latere tuo ſiniſtro, dextrũ capitis aduerſarij latus ferias. At ſi hoſtis te prẽuenerit dextra enſem tuũ continentẽ, tunc hoſtilem ictum repellas cruce enſis uerſus dextrum latus tuũ, pòſt ipſius buculam impetas cũ feriundo, tum etiam pungendo, atq; curſu citato procedito.

ICTVS EX IRA NOMINATVS COÑ CVSTODIA LATERALĒ.



AD eum concursum sic te componas, celeri cursu contra hostem pro-
uehitor ensem in habitu custodię lateralis continens ex latere dextro, mucronē
uersus hostem. Sin uero is pari ratione contrà usus fuerit, tū etiā tu illi ob-
uiam occurrito, continens ensem dextra supra caput tuū leuatū. Si autē is
rursum eodem contra te modo fuerit usus, nitens ictum ex ira adpellatū uer-
sus caput tuū ferire, uel nodū capiti illidere tuo, tū ex laterali custodia ense
sursum directo, tribus partibus hostem nudum conspicies, quas adpetere
mucrone poteris, has nimirū, dextrā axillam, dextrū cubitum in iunctura
brachialiorū, postremò buculā hostis: inde eum cursu si preterieris, conari
contra hostem quæ libuerit, quibis.

HABITVS PVNGENDI BVCVLAM CONTRA AVERSIONEM.



IN hac dimicatione equestri cursu ueloci contra hostem progreditor utens gladio contra ipius buculam dextra manu. At si tu fueris similiter ab hoste preuentus in occursu, nec nō is buculam galeæ tuæ impugnet, tū ensem sursū directum ab infernè, aduersarij gladio iungas, inde si ipm sustuleris, irritus fiet impetus hostilis, nec non postea ferire et pungere hostis collū uel buculā poteris. Sin aūt is te pari modo fuerit adgressus cū feriendo tū etiā pungēdo, in preteritione eū impetū remoueas, Inde autem rursus equū in latus dextrū flectas, atq; collū ipius retrorsū ferias uel pungas, postea discedas.

RATIO EXTORQVENDI ENSIS ADDITO HA-
BITV BRACHII CORRVMPENDI.



SI concurritis infestis ensibus, tu, qui victoriã obtinere uolueris, dex-
tra ensem teneas, ferriasq; celeriter hostis caput. Verũ si is idem contra te usur-
pet, eum ense tuo leuato remoueas propendente acie ensis longa in latus sini-
strũ tuũ, inde superiniecto nodo dextræ hostis manui, proclinatoq; corpore
tuo, totis uiribus attrahas, pòst frenũ hamo inferiori iuxta cingulum im-
ponas, et nodũ manu sinistra corripias, si eo habitu in latus sinistrũ sub-
leuaris, ensem extorquebis manibus aduersarij, pariterq; brachiũ disrupes,
postea progreditor feriendo uel pungendo buculam hostis.

HABITVS QVO MANIBVS ENSIS CAPVLVS VTRINQ; IMPONITVR.



QVVM ensibus strictis mutuò concurritis, et hostis ictu superno ferire conatur caput tuũ, tũc contra ipm ex latere ipius dextro muehitor conuersa acie longa contra ipius ictum, atq; ensis munimento intercipito. Inde proxime ad ipm concurras, atq; si capulũ nodo porrecto retro aduersarij gladiũ torseris supra ipius dextra, continget, ut nodus ensis tui, hostilis ensis nodo supponatur, inde supprimas sinistrorsum in progressu, et si habenas iam hamo inferiori iniceris, sinistra mentũ hostis corripere poteris, atq; hostem urgere, ut retrorsũ concidat in progressu. Verũ si id ab eo contra te fieri animaduerteris, coiectis habenis in hamũ, utroq; brachio, ipius brachiũ comprehendito interne, inde si firmiter propuleris, te facillime liberum reddes.

RATIO INTERCLVDENDI HOSTIS SVPER EIVS COLLO.

40



THORACI nodum ensis anterius adiungas, et inde citato cursu mucrone, ipius hostis buculā, uel si mauis, axillā eius dextrā adpetas: At si is idem contra te usurparit, etiā tu pariter occurras aduersario, atq; si ensis capitulum dextro pedi imposueris, eius impe-tum acie longa pręmissa de latere tuo dextro uersus hostis sinistrum la-tus remoueas, inde aut acie breui super humero sinistro directa ea ratione, ut mucro de tergo eius propendeat, tū frenū hamo eminenti supra zonā injcias, atq; manu sinistra ensem nudū corripias supra eius dorsum iuxta crucem, inde si uersum latus sinistrū tuū traxeris, eum in progrediendo prosternes.

FORMA INTERCLVSIONIS DEVITANDÆ.

41



AD eum concursum hac te ratione preparato, si mutuo cõcurritis, hostisq; intercludere cupiat collũ tuũ, tũc iniecto freno in hamũ inferiorẽ, manuq; tua sinistra, hostis dextra correpta, eã si sustuleris, te liberabis, ne intercludaris, inde aut rursum sinistra corripias frenũ, fugamq; simulato, uerũ pòst de latere dextro tuo in aduersarij sinistrũ flectas equum, nec non pedem eius sinistrũ ense tuo quasses, tum quoq; conari contra eũ queuis poteris.

HABITVS VBI DOCETVR, NE EQVVM FLECTERE POSSIT HOSTIS.



SI mutuo occurſaſtis utrq;, hoſtis aũt terga dare, uel equũ flectere conabitur, tũ quantũ poteris celerrimè in eũ incurras curſu celeri, pro" hibeasq;, ne poſsit equũ flectere, inde aũt mucrone enſis ex cuſtodia ſu" perna in buculã eius contorqueas, et frenũ hamo inferiori imponas, ſiniſtraq; manũ tua ſi hoſtis dextræ ſuperrimpoſueris, eadem, ipiius enſem manuq; in latus ſiniſtrũ ſupprimas, enſe uero tuo totis uiribus hoſtem repellas, ea igitur ratione in progreſsu equitem detrahes.

RATIO EQVITIS EX EPHIPPIO EXTOLLENDI.



QVVM aduersarius contra te inuehitur citato cursu, conetur q; te ferire ictu superno, uel nodū ensis in buculā cassidis tuæ contorquere, tunc et tu uicissim contrà occurras, nec ensem stringas, uerū dextrā tuā, eius cubito itidem dextro supponas, propeq; te illi coniungas, inde sursum tollas, pede aūt dextro, ipius itidem dextrum impellas iuxta calcar, id si feceris, tum etiam hostis cogetur, ut facilius sella equestri eyciatur retrorsum, et hac ratione sella equite carebit, uacabitq;.

SOLIS ASPECTVS .I. VBI HOSTIS CVM EQVO RE" TRORSVM DEIICITVR .

44



SI inuicem concurriſtis, tū hoc modo te in cōmemoratū habitū acco" modabis. Cum conetur te ictu, qui ab ira nomē indeptus eſt, hoſtis ſu" pernè ferire, uel nodum enſis in buculam contorquere, ſtringere enſē nolito, uerū pro uiribus contra eum inuehitor, et frenum prope equi collum adpre" hendito, inde ſi ſurſum traxeris totis uiribus, furere equus incipiet, nec nō aſſurgere, poſtea dextram in hoſtis facie torqueas ea tamen ratione, ut ad" uerſarij frenū ſupra dextrū brachium tuū conſiſtat, atq; ſi ueloci curſu in eum concurreris pariter equū, hoſtemq; proſternes.

RATIO. QVA EQVVM ASSVRGENTEM CŌIICAS CORREPTO FERRO. QVOD ORI EQVI IVNGITVR VTRINQ.



EX hac dimicatione equestri si uictoriā obtinere cupias, stricto ense contra hostem citato cursu inuehitor, atq; ictu superno caput eius ferias, uel nodum ensis in buculā eius contorqueas. Sin aūt pari ratioē aduersarius te adpetierit, etiā tu uicissim occurrito hosti, neq; ense strin-gas, uerū dextra infernè ferrū ori proxime adiunctū, ut est uidere in pictura equi, corripias, idq; sursum tollas in latus dextrū tuū. Si cōtin-gat, ut equus sit ad assurgendum furiosè propensus, qua proximè poteris ad eū accedito, et si totis uiribus sustuleris ferrū supra cōmemoratū, equus & aduersarius simul concident, Sed cū equus aduersarij minus sit pro-cliuis ad assurgendum, eū habitū uel minime usurpabis, quia periculosus est, uerū potius dextra adprehendas ipius brachiū itidem dextrū infernè, id si feceris, citra ullum periculum ab hoste te liberabis.

190
A91

RATIO. QVA EQVITEM ADVERSARIVM EQVO TVO IMPONE RE POTERIS

46



SI concurritis mutuo, et neuter ensem stringere uolet, uerū uteruis alterū astutia adgredi conatur, tu hac ratione contra hostem te componas, cum is moliatur frenū equi tui corripere, tu proxime illū accedito, dextra manu humerū ipius sinistrū adprehendas, atq; in primis curabis, ut collum aduersarij adiuncta casside firmiter corripias, inde pedis dex-tri calcari, hostis pede itidem dextro concusso, si supernè uersum te dex-tra totis uiribus in latus sinistrū tuū, tū ipe inferne et supernè infirmat⁹ est, pòst si cursu citato preteruehe ris, equo tuo hostem impones, eaq; ra-tione ex sella eÿcitur.

HABITVS EVITANDI PRECEDENTEM HABITV̄.

47



IN mutuo hoc concurſu, ſi neuter ſtrinxerit enſem, ſed alter alterū adgredi uacuis manibus ſtatuerit, tum ſi hoſtis te conetur conijcere in equū ſuū, uel ex ephippio extollere, nec nō cupiat humerū ſiniſtrū tuū corripere, tu manū dextrā, eius brachio itidem dextro ſuperinjcias, inde ſi repellas, impetus ipius irritus eſt, pòſtea ipſius brachium dex-trum attrahas ſupra partem ſellę anteriorē et eminentiorē, thorace tuo ipm adgraues, inde aut ſi equū ex latere hoſtis dextro in tuū ſi-niſtrū latus flectas, equus hoſtis equite priuabitur.

FORMA VITANDI IN FVGA, MANVVM INIECTIONE.

48



QVVM mutuo certaſtis ex mutua aſtutia manib⁹ uacuis, nullo enſe utring; educto, ſi hoſtem terga uertere conſpexeris, hoc modo te p⁹ parabis, quantum poteris eũ inſequitor, dextrã manũ iuxta collũ hoſtis humero dextro inÿcias retrorſum. At ſi is pari ratione te eſt adgreſſus, coneturq; te deÿcere ſe uerſum, tũ loco ſiniſtrę mutatione manuũ facta, dextra frenum teneas, atq; ab inferne ſiniſtram manũ brachio aduerſarÿ dextro ſuperinÿcias, adprehendendo humerũ ipius dextrũ, inde ſi ſuppreſſeris deorſum, brachium diſrumpes hoſti, tum etiam in progreſſu deÿcere equitem poteris.

RATIO ET FORMA VITANDI HABITVM
INFRINGENDI BRACHIVM.



SI aduersarius ſiniſtra manu brachium infringere conabitur, tum dextrum brachiū celeriter uerſus te attrahas inferniè, eodem aūt, hoſtis ſiniſtro ſuperiniecto ſub axilla directo, equū tuū de latere hoſtis dextro in ſiniſtrū tuū flectas, atq; ea ratione equitem deÿcias. Verū habitus ſeu uera effigies equi flectendi, cuius rei modò mentio facta eſt, non poteſt uerè, et ob oculos poni et depingi. Sed ex ea forma multi et uarÿ habitus procedunt et formari poterunt.

COARCTATIO COLLI COÑ HABITV AVERSIONIS.



IN mutuo concurſu ſi aduerſarius collum tuũ dextra circudederit, coartatq; te ita, ut frenũ remittere cogaris, tum pronũ te porrigas ante uerſum in habitum libræ, et ſiniſtra manu rurſus frenũ corripias, ſi mulq; ephippij anteriorem et eminentiorẽ partem, quô tutiorem ſuſtentationem habeas, inde aut dextra, thorace hoſtis circundato, eam ſiniſtræ axillę ſubdas, uel eam brachio ſiniſtro ſuperinjcias, et ſi poſtea totis uiribus curſu citato fueris progreſſus, hoſtis freno priuabitur ſuo, nec non retrorſum deijcitur.

RATIO ET FORMA EFFVGIENDI. HABITVM PRECEDENTEM.



SI in mutuo concurſu hoſtis adprehenderit ſiniſtram axillam uel brachium tuũ, tu confeſtim frenum inferiori hamo imponas, et quã proxime poteris aduerſario adpropinquato, nec nõ ſiniſtram tuam, dextræ ipſius injcias, eamq; propere attrahas per ſelle partem anteri-orem, inde autem brachium tuũ dextrũ pariter et cubitũ thoraci ho-ſtis iungas, brachioq; ipius dextro (ut eſt uidere in pictura) ſupnè, eo habitu ſi antrorſum urſeris, nec non buculam pectori eius impe-geris, repulerisq;, progreſſus curſu ueloci, eum coartabis, ut equus concidere cogatur.

HABIT⁹ VN̄ VTRISQ⁹ MANIBVS PECTVS HOSTIS ADPHENDAS. ADDITO HABITV EQVITE CAPTIVVM DVCENDI.

52



AD eum concurſum hac ratione te coaptes licebit. Si cocurritis, confeſtim frenu inferiori hamo prope cingulum injcere non ceſſes, pectusq; hoſtis utrisq; manibus corripias. Id ſi is fecerit, conaturq; ex ſella te extollere, tu uiciſſim frenu hamo inferiori imponas, curabis autem ut liberes pedes tuos ex ſtapedibus, firmiterq; illi te adiungas, inde aut relicto equo tuo, ipius equo inſilias, retroq; hoſtem te colloces, atq; ſi palmis tuis utrisq;, brachijs itidem eius captiuatis, eu circundederis, ijsq; corripueris equitis frenu, nec no uerſus te adtraxeris, quocuq; uolueris, hoſtem captiuu duces.

HABITVS PREVENIENDI ADDITA EFFIGIE CAPVT COÑ SOLEM IMPELLENDI.



IN hoc certamine ſi hoſtis tanta uelocitate enſem tenens ſtrictum, in-
uehitur contra te, ut prohibeat, ne et tu gladium poſſis educere, atq; uiſu
feriat, obuiato hoſti brachio dextro obiecto, eiusq; enſi ipſum iungito, &
eo modo ictum ipius repelles uerſus latus dextrum tuum, inde aute pro-
xime illi te iungito, corripias buculam eius aperta dextra, ſi ex eo habitu
ſurſum urgeas, ſolem aduerſario monſtras, uel in progreſſu collu ipſius
diſrumpes.

STERNENDI HOSTIS RATIO EX HABITV IN-
IICIENDI HAMV. QM HOSTI INIICIS PTER IPSI9 OPINIONEM.

54



QVVM inuicem concurritis enſibus reconditis, et alter alterũ cona- tur aggredi aſtutè, uel aperto Marte, tu hac ratione contra hoſtẽ utitor. Si aduerſarius contra te inuehitur, buculâ apertâ nixus adprehendere dextra manu, tunc frenũ confeſtim hamo ſuperno imponas, eumq; ſiniſtra re- moueas, poſt autem corripias amentũ dextra intra digitos more equitum, cui amento hamus annexus eſt, quẽ furtim ſub tunica geris iuxta ephippij alam, affixum, eumq; hoſtis armis ſupernè, qua poteris, de latere tuo uel dextro uel ſiniſtro injcias, inde ſi citato curſu progreſſus fueris, equitem dejcies.

RATIO. VNDE EQVVM FRENO SPOLIARE QVIBIS



HAC ratione te ad id certaminis genus accomodes licebit. Si con-
gredimini apertis buculis, et hostis uisum tuu uel feriundo uel pungendo ap-
petit, inferiori hamo tu frenu confestim injcito, manuq; sinistra impetus ipsius
in latus sinistru tuu repellas, inde aut freni parte retro auriculas equi iube i-
positam dextra corripito, eaq; ratione eam detrahito, atq; proxime ad hoste
accedito. Idem si aduersarius contra te molitus est, tu abiecto ense, dextram
manu axille eius dextre supponito, inde subdito calcari equo si fueris pro-
gressus equum deycies.

LATERIS CONIVNCTIO IN CAPTIVANDO

56



CVM utriq; manibus enſe uacuis concurriſtis quamproximè, atq; alter alterū captiuare cupiuerit, uel equo deÿcere, tū diligenter curabis, ſiquidem victoriā obtinere uoles, ut hoſtis lateri dextro latus ſiniſtrum iungas, idq; ſi obtinueris, ſiniſtro latere quantum poteris, aduerſarÿ dextrum urgeas: Inde brachiū ſiniſtrū collo hoſtis circumÿcias retrorſum, firmiter itaq; iugulo correpto anteriusſubdutoq; equo calcari, pedem hoſtis dextrum ſiniſtro pede iuxta ſtapedes concutias, inde ſi protinus iuxta hoſtem progreſſus fueris, pronum equo tuo inÿcere aduerſariū, uel prorſus detrahere poteris. Verū ſi intelligas te ea ratioe correptum, leuato brachio dextro, pro uiribus mterne concutias hoſtilis brachÿ cubitū, ſed eo habitu firmiter ſupprimito deorſum, nec nō pariter iuxta hoſtem progreditor, atq; ea ratione te redimes ab aduerſario,

SECVNDA PRECEDENTIS HABITVS RATIO.

57



CVM concurristis, et utriq; conamini uos mutuo equis deijcere manibus enſe uacuis, tũ tu buculam hoſtis manu ſiniſtra corripito muerſa, atq; retrorſum urgeas hoſtem, uel ad te eum ſi traxeris, concidet. Sin aut obſeruaris idem ab hoſte fieri, tũ tu equusq; ſitis quàm proximi aduerſario, inde autem brachio dextro, hoſtis ſiniſtro externè ſuperiniecto, pro uiribus ſupprimito hoc modo, ut ſubdatur alæ tuæ dextræ: inde ſi arctè compreſſeris, manuq; le-
ua opem dextræ tuleris, fortiter ſupra ſtratum comprimas, atq; ea ratione ho-
ſtem cepiſti, uel ſi reluctetur, ſua ipius ui deturbatur m ipo progreſſu, ſi tu conſiteris, tũ etiam ſi animus eſt, mfringere brachiũ ipius poteris, cũ equũ tuum de latere eius dextro ſiniſtrorſum conuerteris.

RATIO CAPTIVANDE MANVS IN IPSO EQVITVM CONCVRSV.

58



SI concurritis equis ueſtris inſidentes manibus gladijs uacuis, tu qui obtinere uictoriam deſideras, hoc modo agito. Cum hoſti adpropin-quaris latere dextro, aduerſarij item dextrū pertingens, tū dextra palma antrorſum hoſtis buculam adprehendas, atq; in progreſſu eū totis ani-mi uiribus propellas, et ea ratione deijcitur hoſtis retrorſum. Verū ſi idem ab eo fieri ſenſeris, dextrū brachiū, hoſtis brachio traijcias, nec non id pectori tuo adiungas firmiter. Sin autem is idem moliatur, ma-nu demiſſa, ſiniſtrā aduerſarij ſupprimas manū, id aūt fiat celeriter, qua habenas continet, inde ſi firmiter eandem adprehenderis, in latus de-xtrū tuū pertrahas. Cæterum ſi aduerſarius in progreſſu pari ratione te deijcere conetur, tūc manu dextra, quā brachio hoſtis traiecisti alā ephip-pij corripias firmiter iuxta eminentiorē ſellę locū, ſiniſtra uero ephippij lo-cū ipm eminentiorē, tuo inde cubito ipius aduerſarij cubitū interne uehemen-tius urgendo ſuppreſſeris, atq; poſt celeriter fueris progreſſus, is uel te dimit-tere cogetur, uel per te deijcitur, & eo modo conatus eius in nihilū redigitur.

CORRIPIENDI RATIO VACVA MANV



IN mutuo concurſu, cũ manus ueſtrũ utriusq; uacuę enſibus ſunt, hoc pacto te in id certaminis genus adaptabis. Si ad hoſtis dextrũ latus prope per-ueneris, nec nõ dextra tua manus pedi impoſita ſit tuo, tũ ſubito eadem, ſiniſtrã aduerſarij corripias, qua habenas continet, eoq; modo totis uiribus uerſum te ad-trahas. Sin autẽ is pari ratione te adprehenderit, in buculã ipius quantũ potes celerrimè palmã dextrã inijcias, atq; in celeri progreſſu ſi fortiter propuleris, re-trorſũ deijcitur hoſtis. Cum uero ſimili ratione te fuerit adgreſſus, dextrã ma-nũ ab ipius aduerſarij ſiniſtra remoueas, deinde brachiũ eius ſi tuo brachio con-cuſſeris interiè iuxta cubitũ, eoq; inde in latus ſiniſtrũ tuũ reiecto, te liberaſti, atq; is omnes labores fruſtra in ſe recepit.

RATIO. QVA HOSTEM RETRORSVM CAPERE LICET.

60



QVVM quispiã se retrorsum adgreditur eques tua opinione celerius, et neu-
ter gladium manibus tenet, uerũ aduersarius latus sinistrũ, dextro la-
teri tuo iunxerit, necnon sinistro brachio suo collum tuũ circundederit retrorsum
et eo modo correptũ firmiter te abducere conatur, seu anteuersum deijcere, tu cura-
to ut quã proximus hosti sis, inde dextrũ brachiũ, ipius aduersarij brachio itidem
dextro externe traijcias, verũ pòst reiectis habenis de manu tua sinistra, hamo
pectorali injcias, auxiliũ eadem dextrę manui ferens. Ea itaq; ratione si pro
uiribus suppresseris uersum pectus, superne te expedijsti, nec non brachium eius
tuo brachio contines supra pectus tuum, inde aũt iuxta hostem si progressus fue-
ris celeri cursu, eũ cepisti. Sin uero ipsũ deijcere uoles, brachiũ eius uersũ ephip-
pij locũ eminentiorẽ protrahas, firmiterq; teneas, lœua aũt ex hamo habenas
soluito, inde cũ equum tuũ de latere aduersarij sinistro dextrorsum flexeris, to-
tisq; uiribus brachium eius tenueris, hostem prosternes.

MODVS CAPTIVANDI HOSTIS ANTEVERSV.

61



CVM mutuo concurritis nullis utentes enſibus, tu qui uictor euadere cupis, dextrā manū ſupra pedem contineto, brachio corpori adiuncto, atq; dextro latere, aduerſarij itidem dextrū claudito, ſi igitur hoſti propius fueris iunctus, tū dextro brachio collum eius anteuerſum circūdato, nec non corpore tuo illum arctato, ſupernè uero brachio tuo, collū ipius propellito in progreſſu, ea itaq; ratione hoſtem deijcis retrorſum. Sed cū hoſtis pari te ratione corripuerit, atq; te detrahere fuerit conatus, tū dextrū brachiū, eius itidem dextro traijcias in cubitū, et firmiter ſupprimas, inde ſi ephippij arcum manu utraq; adprehenderis, nec nō fueris eo modo progreſſus, aduerſarius ſeipm deijciet: eoq; habitu multis modis uti poteris, et uarijs.

CORREPTIO IVBATA



SI uacuis manibus muicē concurritis armis remotis, tu qui uictoria potiri uoles, hac ratione te accōmodato: brachiū utrūq; corpori tuo proxime adiungas, habenas fortiter ſiniſtra tenere curabis manu ſupra pectus ſecundū ephippij locū eminentiorē, inde aūt in progreſſu ſiniſtrū latus, lateri itidem hoſtis ſiniſtro iungas qua proxime poteris, atq; in ipo curſu ſiniſtra manu buculam aduerſarij corripias. Sin autem is pari modo te conetur aggredi, tu habenas hamo anteriori injcias, uerū in ipſo actu, brachiū hoſtis interrē iuxta cubitū lœua manu corripias, et dextrorſum totis uiribus ſubprimas, inde uero collo hoſtili dextrā ſi circūpoſueris, buculā iuxta ipius oculū dextrū, uel circa genas adprehendito, et fortiter deprimendo protrahas, hoc itaq; peracto habenas rurſum ſiniſtra capias, arcuiq; ſellę firmiter incumbas, inde ſi ſupprimendo ſuperrē attraxeris in progreſſu, atq; ſiniſtro pede, aduerſarij itidem ſiniſtrū iuxta ſtapedes concuſseris, facile eum deijcere poteris.

LATERALIS CONCVRSVS. VBI EQVI CAPIVNT. 2

63



CVM utriq; proximè adinuicē concurriſtis, et tu de latere ſiniſtro, hoſtis dextro adhęres, tu quaproxime poteris hoſti iungaris, manū dirigēdo ſiniſtrorſū ſupra equi ipſius aduerſarij collū, illud ferrū, cui habenę utrinq; annexę ſunt, nec nō et frenū, ori caballi impoſitum: Inde ſi ſurſū traxeris, equus tui hoſtis aſſurget. Aduerſarius autem ſi idem molitus fuerit, tu dū ipſe equo inſidens curuatur atq; ferrū, cuius paulo ſupra mētio facta eſt, corripere conetur, idem tu adprehendito, pòſt dextrū brachiū collo ipius re" trorſum circūȳcias, atq; totis uiribus deprimendo protrahas uerſus tui ephip" pij locū eminentiorē, ſiniſtra, aduerſarij itidem ſiniſtrā adprehendito, inde ſi ſuppreſſeris, ipius conatū prepedies, pariq; ratione ipſū intercludere, atq; cap" tiuum tenere poteris.

BSB

2° 199

DVO HABITVS INIICIENDI MANVS HOSTI EX LATERE IPSORꝝ SINISTRO.

64



SI mutuò concurritis ex latere ſiniſtro utercꝫ, tũ manũ ſiniſtram hoſtis brachio ſiniſtro ita ſuperinjcias, ut tranſeat brachiũ tuũ ſiniſtrum ſub aduerſarij axilla ſiniſtra. Verũ ſi is te pari ratione adprẽhenderit, confeſtim frenũ hamo inferiori injcito, inde aut cubitũ aduerſarij ſiniſtrum dextra adprẽhendas exterius, at ſiniſtra ipius itidẽ ſiniſtra, ea ratione ſi ſuppreſſeris, cubitũ uero ſuſtuleris, brachiũ diſrumpes, atꝫ poſtea ptereas.

MANVS INIICIENDI FORMA. SIMVL ADDITA LVCTA.



EA ratione in prędictam dimicationē te prępparato, si ex latere utriusq; uestru siniſtro concurritis, inferiori hamo frenu tui equi im" ponito, dextra ultra pectus directam, dextrę hoſtis axillę ſupponito, ſiniſtra uero auxilium dextræ feras, inde ſi equitem pro te equo tuo im" poſueris, equo calcaribus ſubditis citato curſu progreditor.

ALIA FORMA HABITVS PRÆCEDENTIS.

66



SI congredimini ex latere uestro dextro, tu proximè contra hostem accedito, directa sub brachio eius dextro manu tua itidem dextra, hostē uersus te adprimito. Sin aut is te pari modo fuerit adgressus, tūc frenū hamo inferiori infigito, et si manu sinistra, aduersarij itidem sinistram corripueris, eam uersus ephippiū tuū attrahas, partiq; eius eminentiori à fronte eā imprimas, postea uero equo calcari subdito, si fueris progressus, hostem equo detrahes.

LVCTA. QVA EQVITEM DEIICERE LICEBIT.



VERSVS aduersarij latus dextrũ primũ incurrito, atq; freno ha-
mo inferiori iniecto, femur pedis hostilis dextri externè manu sinistra cor-
ripito. Idem uero si is contra te exerceat, tu dextra, aduersarij sinistram ad-
prehendere curabis, et si ea uersus partem sellæ anteriorẽ attraxeris, eaq; ra-
tione utræq; manus coniungentur, hostemq; uersus te poteris admouere.
Sin autem aduersarius sinistra tuã apprehenderit, correpto poplite eius
dextro manu dextra, eũq; ex stapede eijcias, et sursum subleues, inde autẽ
equo calcaribus subditis, si fueris progressus, supinum equitem deijcies.

ALIA LVCTÆ EFFIGIES, QVA EQVITEM IN TVVM EQVVM PRO TE CONIICIS.



Hoc modo in prędictam dimicatione te adaptes, Si adinuicem proceditis equis insidentes, tu injcere frenu inferiori hamo non dubites, nec nō quā proximè hostem accedere, inde manu sinistra ex latere ipius itidem sinistro collum circundabis, dextra uero sub ipius axilla lœua emineat. At si pari modo aduersarius te fuerit complexus, tunc dextra sub pede eius sinistro iuxta poplite directa, soluas pedem ex stapede, sinistra uero, humerum ipius sinistrum corripias. Verum is si te consimiliter adprehenderit, moliaturq; te deÿcere, confestim tu eū mentis uiribus attrahas, proniuq; in equū tuū deprimas, et ea ratione ex sella extolles, nec non super equū tuum pro te injcere, postremo captiuum ducere, quocunq; lubet.

ALIA FIGVRA PRECEDENTIS DE LATERE IPSORVM SINISTRO.



EA ratione te componas contra hostem, si mutuo concurritis de latere sinistro utrinq; , tu proximè hostem accedito, et frenũ hamo inferiori impo-nas, Verũ si is quoq; se tibi quàproxime coniunxerit, iliaq; complecti conetur tua, tũ manũ dextrã dirige per humerũ hostis dextrũ uersus tergũ, ea ratioe firmiter eũ attrahas, atq; sinistra manu, pedem ipius itidem sinistrũ subleues, eo prius concusso ex stapede, eũ igitur hoc habitu ex sella extollis, inde ipsum super equũ tuũ pro te inijcias, atq;, quorsumcũq; lubuerit, captiuũ ducas.

RATIO PVNGENDI PVGIONE COÑ AVER"
SIONEM IN DIMICATIONE EQVESTRI .



QVVM ad inuicem proceditis equis insidentes, et tu prope hostē acces" seris, tū frenū hamo inferiori iniicias, sinistra manu aduersarij fre" nū corripias, inde celeriter pugione educto, buculā eius impugnato. At si is idem contra te usurparit, et tu pugionē non dum strinxeris, brachium ipius dextrū manu tua itidem dextra iuxta manū corripito, inde si fortiter sustu" leris, impetus irritus hostis est, eiq; infirmū efficies, postea remoue sinistrā à freno, uicissimq; pugione stringas sinistra, et manū sinistra hostis interne pungas, atq; ea ratione inferne atq; superne liber futurus es, deinde progre" ditor.

ALIVS HABITVS PVNGENDI. ET ECONTRA
RATIO EQVITIS STERNENDI.



SI utrinq; concurritis ex latere utriusq; dextro, tu memineris, qui uictoriam obtinere cupis, prope hostem accedere, atq; educto pugione buculam hostis impugnabis. At si is supernè pari ratione te adgreditur, neq; tu pugione strixeris, tum frenū hamo iuxta cingulū thoraci infixo imponas, indè autem ab infernè sinistra manu, hostis brachiū dextrū, eoq; habitu si firmiter sustuleris, ipius punctionē irritā facies, nec non infirmū reddes, idq; si perfeceris, tūc intra brachiū ipius utrūq; dextra manu buculā hostis adprehendas, utrisq; manibus si fortiter repuleris, equo calcaria subdas, inde si totis uiribus fueris progressus, equitem coartando deijcies.

RATIO, QVA PEDES IMPETV EQVITIS RE" MOVET.



QVVM in mutua concertatione haſtam equeſtrem amiſeris, tunc ad eã celeriter equũ tuum flectas accurrendo, atq; in eo ipſo actu uel curſu deſcendas, nec non equũ habenis loeua manu arreptis contineas, Vt equum tuũ aduerſario, quacunq; te adgredi conetur, obuiũ flectas, ea itaq; ratione fiet, ut hoſtis nulla ex parte loedere te poſsit, et ſimul ipſe, equuſq; eius hoc modo defatigatur. Porro ita te ab ipſo tutũ efficies, quandiu libuerit tibi, poteriſq; haſtam equeſtrem tuam inſimul recuperare. eam igitur ſi corruperis, Vtraq; manu teneto, ſupernè ſiniſtra adplicata inferne uero dextra ſup̃ denſiorẽ haſtę partem, humi ſit inferior mucro iuxta manubrium, inde autem equum dimittas. Si igitur aduerſarius eques cõn te impetuoſè inuehitur, haſtam in medio tantũ hamo ſuperiori iniectam tenens, tum haſta tuæ mucronẽ anteriorẽ uerſus uiſum ipſius nonnihil ſubmittas, atq; ipſius haſta internè de latere tuo ſiniſtro uerſũ latus eius dextr̃ deorſũ remoueto, Inde autem brachio tuo dextro ſublato ſiniſtro demiſſo, hoſtis haſtam equeſtrẽ in equi conſpectu humũ uerſus deprimes, Verũ in eo ipſo actu in ipſius latus ſiniſtr̃ ſi conceſseris, eques concidet, Vel haſtã dimittere coget, Inde iuxta placitũ porro cum ipſo puonabis.

MODVS EQVI & EQVITIS STERNENDI.



SI aduersarius contra te eques enſe educto et ſtricto inuehitur, tu uero pedes conſiſtas, atq; haſtam equeſtrem iuxta manubrium dextra cõtines, ſiniſtra autem parti haſtæ anteriori ſit adplicata, dextr. pedem preponito, Si igitur aduersarius tibi immineat precipiti curſu, tuq; haſtam equeſtrem in formam et habitum punctionis comphendiſti manu utraq; tunc mucronem anteriorẽ inter pedes equi hoſtilis anteriores injcato, inde poſteriorem haſtæ partem ſubleuato manu utraq; quantũ poteris, et ea ratione equũ ſimulq; equitem proſtraueris, Poſt ex arbitrio tuo in hoſtem quecunq; exercere uoluēris, agito.

HABITVVM INDEX

Dimicationum Equestrium.

A

Auersionis habitus, vbi eques peditis Lanceam auertere potest. Folio. 5.

Auersio per ensem contra hasta equestre. 18.

Auersio per ensem alia. folio. 19.

Auersio per hasta equestre vtrinq;. 21.

Auertendi impetum pungendi habitus, quo fodere equi pectus conatur. fol: 29.

B

Brachij infringendi habitum qualiter vitare possis. Folio. 49.

Buculæ pungendę habitus contra Auersionem. Folio. 37.

C

Capuli ensis manibus vtrinq; Impo" nendi habitus. Folio. 39.

Capiendi hostem retrorsum effigies. 60.

Captiuandi hostis anteuersu ratio. 61.

Colli Coartatio contra Auersionem. 50.

Precedentem habitum effugiendi ratio. 51.

Correptio lubata. Folio 62.

Collu hostis Impellendi per haste parte densiorem. folio.

Custodia per ensem vtroq; delatere. 31.

Custodia lubata, vbi eques ensem equi anuibus interponit, contra custodia laterale. 32.

Custodia Lateralis contra custodiam Supernam Folio. 33.

Custodię due equestres alię per ense. 34.

E

Ephippio extollendi equitis ratio. folio. 43.

Eques venabulo certans contra peditem ense se defendentem. Folio. 4.

Eqtis Dimicatio oladio vtentis contra peditem ensem Hispanum, et Clypeum orbicularem vsurpantem. Fol: 6.

Eques vbi ense vtitur, simul etiam hasta contra peditem lanceam vsurpantem. fo: 9.

Equi sternendi ratio per hastam. fol: 30.

Equum flectere hostis vt nequeat habitas Folio. 42.

Equum asurgentem qua ratione conjcias, correpto ferro, quod orj equi vtrig iungit. 45.

Equitem qua equo tuo imponere possis ro. 46.

Precedentem habitum vitandj forma. 47.

Extorquendi ensis ratio, addito habitu brachij rumpendi. Fol: 38.

F

Freno equum spoliandi ratio. folio. 55.

H

Hasta trabali eques vtens contra Bipennem vsurpantem. Folio. 1.

Haste equestris vsus contra hostem oladio vtentem. Folio. 17.

Haste habitus, quo ex demissa per humerum dextrum hasta trabali tuo, hostis equm prosternis. Folio. 22.

I

Impulsus liberi habitus ex lancea contra eqtem hasta Martia vtentem. folio. 8.

Incursus, vnde Retinaculo haste impetus hostilis auertitur. Folio. 24.

Intercludendi hostis super ej collo habit? 40.

Interclusionis Vitande forma. folio. 41.

Intorsio Superna. foliò .20.

Ire ictus contra Auersionem. folio. 35.

Ire ictus contra custodiam Lateralem. 36.

L

Lateris coniunctio in captiuando. folio. 56.

Alia precedentis forma. folio. 57.

Lateralis concursus, quo equi vtriusq; capi possunt. Folio. 63.

Lucta, qua equitem deycere licebit. 67.

Lucte alia species, qua equitem in equũ tuum pro te conijcis. Folio. 68.

Lucte alia figura de latere ipsorum sinistro. Folio. 69.

M

Manu repellendi hostilem Impetum p partem haste densiorem factum. folio. 27.

Manus captiuande habitus in ipso con, cursu. Folio. 58.

Manu vacua corripiendi forma. folio 59.

Manus hosti Injiciendi duo habitus ex latere ipsorum sinistro. Folio. 64.

Manuum Jniectionem vitandi in fuga. forma. Folio. 40.

Manus Jnijciendi effigies simul addita lucta. Folio. 65.

Precedentis alia forma. folio. 66.

Menti impellendi ratio, qua hosti solem medium vix videre licebit. Fol: 28.

P

Pectus hostis vnde vtriusq; manibus ad, prehendas habitus, addita equitem capti, uum ducendi forma. Folio. 52.

Peditis certamen lancea vtentis, cum equite hasta equestri vtente. Folio. 2.

Peditis certamen ense hispano vtentis et clypeo, contra equitem oladiu vsurpante. 7.

Peditis Dimicatio Bipenne vtentis contra equitem hastam equestrem exercente. 10.

Precedentis alius modus. folio. 11.

Pedes equite qua ratione sternere possit. 12.

Alia sternendi equitis forma. folio. 13.

Alius eiusdem. folio. 14.

Pedes qualiter equitis Impetum remouere possit. Folio. 72.

Permutatio hastaru vtriusq; equitis. 23.

Preparatio prima equitis contra custodiam in Dimicatione. Folio. 15.

Precedentis habitus secundus modus 16.

Preueniendi ratio contra Auersionem per hastam mediam. Folio. 25.

Pugione pungendi ratio contra Auersionem in Dimicatione equestri. folio. 70.

Pungendi alius habitus, et econtra ratio sternendi equitis. Fol: 71.

S

Solis aspectus. 1. vbi hostis cum equo retrorsum deijcitur. folio. 44.

Sternendi hostis ratio ex habitu injiciendi hamu, que aduersario injcis preter spem. 54.

Sternendi et equi, et equitis efficies. 73.

V

Venabulo eques vtens, qui puonat cum pedite Bipennem vsurpante. Fol: 3.

SEQVVNTVR QVEDAM AD monitiones dimicationibus Equestribus utilissimę et accomodissimę,

I

PRIMA

CVM hoste congreditor ea ratione, ut adpetas pectus ipsius lateris dextri incurrendo.

EQVVM flectas, correpta manu aduersarij dextra, tua manu sinistra.

CVRA ut quàm proximè ephippia uestrùm utriusq; coniungantur, uel ensem ipsius hostis corripito.

HOSTI apponito celerrimè mucronem supernè, transmittas, uel hostis impetum repellas.

VIBRATO, ensem superinijcias ipsius aduersarij brachio, et punctionum uel ictuum hostilium habitus remoueas.

VIRAQ; manu hostem firmiter amplectitor.

ADVERSARIVM totis uiribus aggreditor ictibus atq; punctionibus.

DEXTRAM hostis manum circumflectas, atq; mucronem ensis tui, uisui eius adponas.

SI quispiam punctionem tuam auertat, eiusdem dextram manum sinistra captiuabis.

ADVERSARŸ nuda brachia iuxta chirotecas rimaberis.

TOTIS uiribus hostem urgeas, manum ipsius de freno remoueas, ensemq; ipsius queras.

CONTRA omnis generis arma duos habitus discas manu uacua.

SI buculam hostis corripueris, oculos corripiendo, omnem luctam aduersarij in nihilum rediges.

CVM proximè ad hostem accesseris, utraq; manu, eius caput retorqueas transuersis brachijs.

Z

IN recursu hostilem ensem, gladio medio uel prope mucronem excipito.

SI hostem ex latere sinistro fueris adgressus, tum nodum in uisum ipsius intorqueto.

EX latere dextro potissimum hostem tentato.

MVCRONEM adponito uisui hostis.

CONTRA omnem hostilem impetum fortiter resistas.

IN omni certaminis initio robur adhibeto.

HASTAM equestrem aduersary in concursu diligenter obseruato.

CORREPTIO uel adprehensio immominata, quę fit, cum manum in buculam inseris.

SI hostis te utrinq; urgeat, tunc si ex dextro urgeris, equum flectas sinistrorsum.

QVVM spacium tibi dari ab hoste uideris, equum flectas.

ACCVRATE memineris ensis extorquendi uel tenendi.

BRACHIVM tuum hosti superinjcias, si quis te adgressus fuerit, uel acriter contra ipsum concertes.

SI cuipiam hasta equestris fuerit elusa, eidem concursus plus officiet quam ut prosit.

ADMONITIO

PRIMVM omnium erit, ut noris aduersarij equestrem hastam, cum contra te equo inuehitur, tua hasta remouere, eumq; tua hasta nihilominus contingas. Eum igitur habitum quatuor modis uel quatuor custodijs exerceto, quarum tres sunt per integram equestrē hastam, una uero per mediam.

IN primam custodiam hac ratione adaptes te, quantum poteris lon-
gissimè sub brachio hastam porrigito, cuspide rectù contra uisum aduer-
sarij conuersa.

IN secundam hoc modo te accommodes, hastam ut supra iam com-
memoratum est, contineas, atq; tanquam nimis ponderosa sit te simu-
lato, uerum in latus sinistrum tuum, eam demittas, et iuxta equi tui
collum contineas.

TERTIA hæc est, mediam hastam utraq; manu contineto, atq;
supra sellam transuersam sustineas.

QVARTA custodia ex hasta equestri media formatur, in eam
itaq; hac ratione te accommodabis: hastam quantum poteris longissi-
mè sub brachio porrigas, atq; cuspidem contra uisum ipius hostis im-
mittas.

TVM etiá hastá equestrẽ in medio utraq; manu tenere poteris, &
pro te eam ponere, sicuti integram.

EOS igitur habitus qui ex commemoratis custodijs quatuor for-

mantur uiriliter et totis animi uiribus exerceto, in ſubſequentibus aut doceberis eos.

FIGVRA

PROPTEREA monet uicesima figura, ut ſtatim ab initio dimicationum uiribus utamur.

NVNC OBSERVES, QVI

habitus ex quatuor cuſtodijs formentur, et qua ratione ſint exercendi

SI ex prima cuſtodia ad hoſtem equo inſidens progrederis, et haſtu equeſtrem longiſsimè contra eum porrexeris, quaſi uiſum cuſpide ſis adgreſſurus te preparato, uerum haſtam demiſsam anterius, ſub ipius hoſtis haſta tranſmittas in latus aduerſarij dextrum, atq; hoc modo hoſtis haſta in latere tuo dextro remouetur, et tua ipſum hoſtem loedit.

ALIA FIGVRA

PROPTEREA prima monet figura: de pectore illum adgre-

ditor uersus aduersarij latus dextrum.

QVVM sub hasta equestri hostis, tua hastam transmiseris, retecto freno in hamu inferiorem, atq; sinistram hastę admoueto in auxilium dextrę, et inde cuspidem hosti apponito.

FIGVRA

SEXTA

figura admonet, ut hostē ex totis uiribus manu utraq; complectaris.

SECVNDA CVSTODIA

SI mucronem in latere sinistro tuo demittis in concursu, tu recta hastā sursum uibres contra latus aduersarij dextrū, inde retecto freno, ut supra, sinistra manū iterum in auxilium dextrę, hastę equestri addito,

TERTIÆ CVSTODIĘ HABITVS

CVM hastam equestrem mediam manu utraq; continens i concursu

mutuo, tum hastam hostilem anteriori tuę hastę parte repellito, inde si fueris progressus, aduersario cuspidem adponito.

QVARTĘ CVSTODIĘ habitus

SI tu media hasta utaris, et aduersarius tota in mutuo concursu, tu depositio freno, manu sinistra, ipsius hastam equestrem remoueto, pòst si processeris, mucronem hosti adponere curato.

FIGVRA DVODECIMA

docet, manu uacua omnis generis arma dupliciter repellere.

MEDIAM equestrem hastam itidem in medio manu utraq; tenere poteris, atq; pari ratione sicuti integra, hostilem uim remouere.

ADMONITIO, CVM VOS.

mutuò hastis non contigeritis, quid tum sit agendum

5

SI alter alterum non contigerit hasta equestri, tum, qui victoriam obtinere desideras, hastam reijcias quantum poteris celerrimè, atq; inde ad latus aduersarij dextrum equites, nec ensem educas, postea si flexeris equum, curato ut sinistrum latus tuum, hostis dextro iungas dextram manum ipsius obseruans.

CVM igitur iuxta hostem consistas, atq; gladium eduxerit aduersarius, et te ferire conatur, tunc correpto ipsius cubito manu tua sinistra, superne eum repellito, atq; inde si pede tuo sinistro latus eius dextrũ urseris, hostis concidit.

SIN autem aduersarium minus sternere cupias, cum cubitũ ipsius sinistra corripueris manu, tum dextra manu tua, iuxta nodum, ensem hostilem adprehendas, et attrahas eum, manu uero sinistra si cubitum ipsius remoueris, ensem hosti extorques.

FIGVRA

TERCIA admonet, ut prope hostem consistas ita, ut sellę inuicem coniungantur, uel ensem ei eripias.

VEL *solem illi ostendas caput circumuertendo aduersarij.*

VERVM *si hostis sub freno tuo manum dextram transmiserit frenũ captando tuum, tunc ipso freno manum ipsius captiuato.*

ITEM *si aduersarius dextrã manũ pectori tuo admouerit, uel collo, tũc brachio dextro tuo manũ ipsius corripito, atq; inde imominato tactu ipsum lœdito, uel si ab ipso equũ deflexeris, hostis concidet.*

QVVM *dextram manũ aduersarij, dextra item manu tua corripueris, pondus ei iuxta cubitum manu sinistra auferas, occulto etiam tactu uti poteris, si uoles.*

HIS *habitibus utitor, si pariter cum ipso hoste concurris uersus eius latus dextrum.*

RATIO SOLEM ADVERSARIO demonstrandi

SI *latere sinistro hosti te applicare nequiueris cum hastis uestris uos*

mutuo non contigeritis. tum dextrum latus ipsi adiungito, atq; deij-
cias eum capite ipsius retorto

SIN autem gladium hostis stringere conetur, brachiũ dextrũ sub ipsius brachio transmittas, atq; eum ad te comprimas, inde si equũ ab eo flexeris, concidet.

VERVM si ensem strinxerit, et ferire te studeat, tum occulto tactu utitor, id igitur si perfeceris, hostis brachium dextrum, tuo brachio itidem dextro superinijcias sinistra manu.

SIN autem hostis manũ dextrã, tua lœua corripuisti, eam pectori tuo adprimito, post si circumflexeris equum, hostis corruet.

FIGVRA SECVNDA

monet, ut equum flectas, atq; hostis manũ dex-
tram sinistra corripias.

SI manum aduersarij adprehenderis ut ante, tunc pectore tuo bra-

chium ipſius totis uiribus adgraues, inde ſi fueris progreſſus, rurſus corruet.

CVM uero brachia ſurſum hoſtis extulerit, ſiue enſem contineat, ſiue non, tu complectitor dextra manu, cubitum ipſius pariter cum pede, dextrum inde ſi ſuſtuleris, aduerſarius concidere cogetur.

RATIO ENSIS EXTOROVENDI

SI aduerſarius adprehenderit enſem ſuũ, tu manu ſiniſtra, ipſius cubitum dextrũ corripito, dextra autem enſem ipſius iuncta nodum, ſiniſtra manu quaſsato cubitum, dextra autem enſem attrahas, et ea ratione hoſti enſem extorquere licebit.

FIGVRA VNDECIMA

monet, ut comprimas, frenum repellas, enſemq; hoſtis conquiras.

RATIO RITE VTENDI HASTA equestri

IN primis curabis; ut hastam equestrem moderatè utaris et rite, neq; cursu ueloci muehi, nam quicunq; hasta remoratur, atq; muehitur uelociter, is nullos omnino certos habitus usurpare poterit.

CVM moderatè ad hostem equitas, tum prescriptos habitus exercere pro tuo arbitratu poteris.

FIGVRA

VICESIMAPRIMA monet, ut in concursu sis moderatus, si quispiam tibi obuiam processerit.

PRVDENTER agas in conflictu utens hasta equestri, uel ense, uel lucta, ueru in primis cauebis ne tardus sis equo insidens, sicuti in subsequentibus cognosces

HIC finiunt habitus quatuor custodiarum, ubi equites hastis equestribus utuntur.

NVNC INCIPIVNT CVSTO„
die quatuor explicari, ubi equites ensibus utuntur

CVSTODIA PRIMA

ENSEM medium supra manu tua sinistra iuxta frenum reponito.

SECVNDA

ENSEM pedem dextrum ensem tuum contineas, mucrone sursum contra hostem conuerso.

TERTIA

LOCO ephippij eminentiori, quem Germani sellæ arcum adpellamus, nodum ensis tui adponas, mucrone itidem ut ante contra aduersarium porrecto.

QVARTA CVSTODIA

GLADIVM sublatum in latere dextro tuo contineas ita, ut pollex capulo substet, atq; mucrone contra hostis uisum porrigas.

QVI AVTEM HABITVS EX

pdictis custodijs formari debeant, in subsequentibus cognosces.

HOS SVBSEQVENTES HABI"

tus ex prima custodia exerceas.

CVM utergz, quoquo modo id factum sit, hastas equestres re"
ieciſtis, priusqz gladios ſtrinxiſtis hoc modo te exhibeas, ad dextrum
aduersarij latus equitabis, et ensem supra manū sinistrā repones, et si
aduersarius ictu superno contrate utitur, tu ense sublato, atqz ictum
hostilem acie longa premissa excipito, loco ensis firmiori, qui con-
sistit intra capulum et ensis medium, conuerso mucrone inlatus
aduersarij dextrum, uerū in ipso punctionis actu collū ipsius ad-
petito. at si is sublato ense in excipiendo, impetū tuū in nihilum
redigere conatur. tuc frenū diſseces acie ensis tui longa, uel manū
sinistram, atqz inde ab hoste iuxta progreditor

CORRIPIENDI PEDIS RATIO

SIN autem neqz frenū neqz manū hostis loedere feriundo poteris tū
in pretereundo pedem ipsius dextrum corripere molitor

FIGVRA

SEPTIMA docet, ut hostem complectaris, item ferias uel
pungas ipsum.

SI aduersarij ictum, ut ante excepisti, negq; precedentes habitus exercere uoles, tum nodum ensis tui interne super ipsius manu iuxta capulũ dirigas, eamq; totis uiribus pectori tuo adprimas, inde si progressus fueris, ensem hosti extorques, atq; his habitibus ex custodia superna de latere dextro utitor

NVNC COGNOSCES OPTIMO

habitus quibus hostem adgredi poteris

OMNEM impetum hostis remoueto quantum poteris, & si ab ipso urgearis, adpositionum habitus exerceas

HIC obseruandum est qua ratione aduersarius cogendus sit, ut tu simul partes potiores obtineas, uteris autem uiribus tuis, id est ensem fortiter contineas, atq; eo modo ipsum coges, ut nudum se exhibere necesse sit, quod pulchrè quinta docet figura,

FIGVRA

ADMONET quinta, ut in omni primi congressus conflictu

fortis sis, uel hasta equestri, uel ense utendo, atq; semper mucronem contra hostem porrigas.

SI forti animo hosti resistis in conflictu primo, statim cognoscere et sentire poteris, num is fortiter ensem teneat uel non.

FLECTENDI EQVI MODVS

ICTV superno caput aduersarij appetas totis uiribus, et si contingat, ut is impetum eum excipiat, atq; infirmiter ensem aduersarius contineat, mucronem ei adponito, et si eum quoq; remoueat in sinistrum latus, tum ab inferne sub ense aduersarij sursum ensis tui nodum trajectum collo adplices, inde si uel progressus fueris, uel equum flexeris, concidere cogetur.

SIN aut sublato ense impetu tuu is remoueat, tu utitor habitu, adprehendendi hostis brachium dextrum.

ETSI ictum excipiat aduersarius tuum, tum habitu demon-

ſtrandi ſolis utitor admoto uel ſuppoſito enſe maxillę.

STERNENDI HOSTIS RATIO

RVRSVS ictu ſuperno caput hoſtis tui adpetito, ſed ſi is ſublato enſe excipiat, tu cubito eius capulū enſis tui ſubijcito, atq; pedem dextrū tumicę ipſius ſubpomito, capulo tuo hoſtem impellas, inferniè aut pedē ſurſum leues, et ea ratione is deijcitur.

DESTRVCTIO

VERVM ſi aduerſarius ictū ſupernū tranſuerſario excipiat, ſublata manu dextra, ſuper gladio eius, mucronem tui enſis contra uiſum ipius imittas, uel pectus, atq; ea ratione eū appomito.

EXTORQVENDI GLADII RATIO

CVM aduerſarius uim illatam tranſuerſim excipiat, dextra

manũ ſubleues, et enſem ſub brachio ipſius dextro tranſmittas, idẽ etiam tuo brachio adprehendas, inde progreditor, et ea ratione enſe hoſti extorquere licet: hoc docet quarta figura.

HOS SVBSEQVENTES HA„

bitus exercẽto ex collaterali cuſtodia iuxta pedem dextrum

QVVM ad hoſtem equitas ex cuſtodia, porrectim mucronem extentis brachijs in uiſum ipſius uel pectus inijcias, et tum ea ratione aduerſarius repellere eum impetum cogetur.

ENSIS MVCRO QVO MO„

do ſit ſuperinũciendus

SI aduerſarius tua punctionẽ exceperit, atq; ſeorſim mucronem enſis tui remouerit in latus ſiniſtrum ſuum, tu leuato brachio dextro, ſupernè uiſum eius pungito.

VERVM ſi is mucronem eundem remouerit brachio ſublato,

tu quantū poteris proximè ad illū accedas, et pòst interně manu ſiniſtra, ultra brachiū hoſtis dextrū ſublata, ea inuerſa hoſtis brachiū prędictū cepiſti: inde enſem uel pugionē querito, nuditatē uel dorſum eius diligenter obſeruans, poſtea aut manu dextra frenū capiti equi hoſtilis detrahas, atq; ea ratione primas tu obtinebis, et freno aduerſarij equū ſpoliabis.

SI HOSTIS EQVVS SPOLIatus fuerit freno, tum ubigz nuditates ipſius rimaberis

CVM igitur hoc habitu, uti prędcriptū modò eſt, fueris uſus, et is armatus ſit, quantū poteris celerrimè obſeruabis, ut eam corporis partem, quęcunq; nuda adparuerit, adpetas.

QVĘ NVDITATES SINT obſeruandę.

NVDITATVM prima ſub axillis obſeruato, ſecundam in Chirotecis, tertiā in iunctura brachij, uel in facie hoſtili.

PRĘDICTAS nuditates, enſis mucrone conquirito, nā uer-

beribus, ictibus, atq; nodo nihil efficere poteris contra armatum quod quidem decima monet figura.

SEQVVNTVR HABITVS CVSTO-

die de Selle arcu, uel de loco ephippij eminentiori.

SI in custodia predicta ad hostem equites, et is superno ictu caput tuu ferire conetur de latere dextro suo, tu de arcu ephippij sursum ensem surrigas, eumq; supra caput torqueas ea ratione, ut pollex substet in latere sinistro, et eo modo ictum hostilem capulo ensis tui excipis, inde aut curabis, ut uisum ipsius de latere eiusdem sinistro pungas.

TVRCICVS ICTVS

CVM aduersarius punctione tua auerterit in latus sinistru, tum iuncta ipsum discedas, atq; acie longa premissa collum retorsum ferias totis uiribus, et is habitus, Turcicus ictus appellatur.

MODVS ENSEM EXTORQVENDI

SI hostis sinistrorsum punctionē tuā repulerit, et tu Turcicum ictum exercere nolueris, tu prętereas ipsū, atq; nodum super manū ipsius hostis dextram externe dirigas, inde autem eum capulo ensis tuj propellas antetersum, atq; si nodum ensis hostilis corripueris, fuerisq; progressus, ensem ei extorqjues

QVANDO autem aduersarius ictum supernū de humero suo sinistro contra te exerceat, ensem in latere dextro tuo sursum attollas contra ictū hostilē, atq; uisum lateris dextri fodias.

SIN aūt quispia contra te equo inuehitur hasta equestri utens, in primis tu curabis, ut ex quacunq; parte is te adgredi conatus fuerit, contra ipsius impetum ensem accuratē tuū torqueas, et hastam excutias equestrem, atq; subito uisum ipsius, uel ubicunq; poteris ipsum lędere, adpetas.

FIGVRA

OCTAVA ut in manu dextram torqueas, docet, mucroneq; dextrum uisui ipsius imittas, hoc est, ut eques semper ensem torqueas ex custodia uel contra hostis equestrem hastā, uel ensem ,

atq; celerrimè aduersarium pungere memineris, ubicunq; nudus adparuerit.

CVM igitur nuditatem aduersarij adpetieris, atq; is eum impetum remo-
ueat, et proximè tibi iungatur, tunc manu sinistra, ipsius dextram adpre-
hendito, et ijs luctis utitor, quę prescriptę sunt, et subsequeter pscribentur.

FIGVRA

NONA docet, ut si quispiam punctionem tuam repellat, eiusdé dextram sinistra manu adprehendas: is habitus custodia medij en-sis adpellatur.

SI supra manum sinistram iuxta frenum ensem reposueris, reiecto freno, manu sinistra ensem medium corripito, atq; ensem ea ratio-ne ante te teneto.

DE HASTA EQVESTRI
excercenda

SI quispiam contra latus dextrum tuũ equo muehitur equestri

utens hasta, tu de manu sinistra eam ense tuo repellas, ense pòst sub axillam iniecto, hosti mucronem adponas.

SIN aũt aduersarius contra simistriũ latus tuũ equitauerit hastã equestrẽ usurpans, nodo ensis tui quantũ poterit, sublato, in sini-
strum latus tuũ, mucronem demittas, atq; ea ratione hostilem impetum remoueas, inde autem mucronem hosti adponito.

DE ICTIBVS

SI te in custodia ad concertandũ prepararis, et aduersarius su-
pernè te ferire conetur, tum intra utranq; manũ, uim illatã exci-
pito ense leuato, propenso mucrone contra facie hostis, et adpomito.

IPSIVS etiam impetum medio ense remouere poteris, omes punctiones auertendo, istę siue per ensem seu hastam equestrem fiant, ea propter etiam simistra manu dextræ opem feras ensem tenenti, si necesse fuerit, et usus expostulet, sicuti supra de hasta equestri exercenda instructus es, quod quidem sexta figura mo-
net.

DVOS habitus discas contra omnis generis arma seu hastam equestrem, seu ensem, manum uacuam adplicandi.

HABITVS OCCVLTVS

IS habitus omnium optimus est in dimicatione equestri, et est occultus, proceditq; ex manu sinistra, propterea diligenter obser-uandum tibi erit, ut freno ita utaris, et applices, quò sinistra ma-nus libera sit, ubicunq; uolueris, et nihilominus equum freno re-gere possis, atq; hoc est laborare manu libera, nam dextra ense uel hastam te tenere oportet, ideoq; figura duodecima docet habitu uacuę manus contra omnis generis arma.

QVOSCVNQ habitus manu libera exercere uolueris per ensem, uel luctam usurpare, omnia quę de ijs proferre prodest, in glossis reperries.

CORREPTIO IVBATA OM-

nem luctam infirmat quę a fronte pugitur.

HIC habitus ualde utilis est in dimicatione equestri, propterea q;

eam adpellationem sortitus est, ne quilibet eum intelligat.

IN glossis eandem appellationē retinet, nam equitibus brachium aduersarij dextrū luba dicitur. Idem igitur semper si equo inueheris concipere conaberis luctando, sinistra enim aduersarius frenum continet, atq; ex ea ratione minus eadem te lœdere quibit.

ID etiam obseruato, ut aduersarium in colluctando à fronte adgrediaris, brachijq; dextri iunctturam prope manum corripias.

CORREPTIONIS IVBATÆ effigies

SI luctari cum hoste uoles, ad dextrum ipsius latus aduehitor, atq; ipsum inde adgreditor. Verum si is te uicissim complectitur, tūc manu sinistra tua, eius corripito brachiū dextrū prope manū in iunctura, brachiūq; protrahas anteuersum, inde traiecto brachio dextro supprimas, et ea ratione ephippij arcū corripias, pòst cum fueris progressus, aduersarius concidat necesse erit. Denig; scito, quòd is habitus ois generis luctas destruat, quibus à fronte adpeteris: et ideo monet decimatertia figura, q; correptio iubata omnes luctas à fronte in nihilum redigat.

14

EVNDEM *quoq; habitum exercere poteris, ſi uerſus ſiniſtrum hoſtis latus adequites, atq; is manu ſiniſtra ſe tueri conetur.*

DETVRBANDI RATIO, SI

quis brachium dextrum collo tuo circumiecerit

IS *habitus admodum facilis eſt. Cum quiſpiam uerſus dextrum latus tuu equo inuehitur, et dextro brachio collum circumdederit, tu pari ratione contrà utitor, firmiterq; ueſtem ipſius retrorſum corripito, atq; te demittito uiciſsim in latus ſiniſtrũ deorſum, quaſi concidere uelis, et ipſum hoſtem uerſum te equo deturbes. Sin autem nimium te demiſeris, ita ut uereare te concidere oportere, aduerſariũ inde ſi totis uiribus fueris complexus, tum fiet ex ea ratione hoſtis te rurſum in ephippium collocet prr ſuum caſum.*

VTRINQ; PROXIMÈ AD

hoſtem accedito

SI *cum hoſte equeſtri congredi ſtatueris, uel luctari, tunc quàm proximè poteris, ad ipſum adpropinquato: quidam aulici habitus ſuos i accurſu antequam in hoſtis conſpectum proceſſerint, contra aduerſarium exercent, quod quidem exercitis et equeſtrium dimicationum*

peritis non adprobatur. tu uero si prope ad hostem processeris, rema-
neas, atq; ea ratione eum urgeas, ut is nullos omnino habitus queat
exercere.

HOC loco obseruandū item est, cū ad dextrū aduersarij latus equo
inueheris, eos habitus usurpabis, qui dextro lateri sunt accommodi:
et si sinistro aduersary lateri adpropinquas, ijs habitibus utitor, qui
pertinent et destinati sunt ad idem latus, id si rite exerceas, nullos om-
nino habitus exercere poterit aduersarius, ubiq; enim ipsum preuenis.

QVA RATIONE VTENDVM,
si uicinum te exhibes lateri hostis sinistro

CVM. ad hostis sinistrū latus adequitas, fortiter contineas uel ha-
stam equestrē uel ensem, diligenter circumspectans, nū hosti mucrone
possis adponere, pariq; ratione eum coartes, quemadmodum fecisti in
latere dextro, atq; eo modo aduersariū rō redigas, ut exercere eos ha-
bitus qui ad latus sinistrum pertinent, cogatur, namq; sunt habitus
quidam, qui tantum ex latere sinistro, non autem econtrà ex dex-
tro usurpari possunt.

FIGVRA 15

DECIMANONA docet omnes impetus esse excipiendos, atq; fortem te in omni conflictu ut prebeas

GLADY EXTOROQVENDI ratio

SI ad hostem equo inueheris ictum supernũ exercens, atq; lateri sinistro eius adpropinquas, proposito mutato, brachijs porrectis nuditatem aduersarij pungas. Sin autem pariter tecum is feriat, fortiterq; resistat, et prestantiorem te uiribus se exhibeat, nec non mucrone ensis expiscetur nuditatem, tum sinistrum brachiũ de interne extrinsecus gladio ipsius superinijcias, eumq; lateri tuo sinistro adprimas, inde si iuxta ipsum hostem fueris progressus, ensem extorquebis, quod excellenter figura sedecima docet, eminus ensem esse excipiendum.

VERVM si quàm proximè ad hostem accesseris, tum sinistram manum dextræ ipsius superimponas, ensem nestringat, uetabis, atq; dextra manu eos habitus, quę supra sunt descripti, partim uero iam depingentur, exerceas.

QVID AGENDVM, SI AD propingues siniſtro lateri hoſtis, et prꝛeter lapſus prꝛeſcriptos habitus exercere negueas.

EQVVM tuũ non longè ab aduerſario currere permittas, atq; in latus ſiniſtrũ flectas equũ tuũ, ea tamen ratione, ut ſiniſtrũ latus lateri hoſtis dextro coniungatur, et inde omnes eos habitus, luctas, nec nõ oĩa quę dextro lateri ſunt accommoda, uſurpes, queadmodũ prꝛeſcripta ſunt.

FIGVRA DECIMASEPTIMA

docet ad dextrum omnes habitus ſingulatim eſſe exercendos, qui idonei ſunt.

QVID AGENDVM, SI EQVus tuus adeo ſit effrenis, ut etiam inuitus ad latus hoſtis ſiniſtrum accedere cogaris ſtrenuitate quoq; aduerſarij.

ID ſi tibi contigerit, quod iam commemoratũ eſt, tunc enſem manui ſiniſtrę ſuperimponas in habitum cuſtodię.

SIN autem caput superne tuu ferire studeat, ense sublato, acie longa premissa hostilem impetum excipias, et si tui defensionem aduersario pre adiunxeris, tunc siniſtro brachio tuo dextre hostis manui superiecto, uersus ipsius latus siniſtrum totis uiribus eam torqueas, atq; nodo, quod cunq; membrum uolueris, impellas.

FIGVRA DECIMASEXTA

docet, si siniſtrorsum hostem adgrederis, arreptum ensis nodum uisui hostis impingas.

ERIPIENDI GLADY FORMA

CVM dextru hostis brachiu in latus siniſtru adprimas, et si iuxta ipsum discedis, reijcere gladium aduersarius cogitur.

CAPTANDI HOSTIS DEXTRAM FRENO RATIO

MANV item siniſtra, hostis dextram captare freno equi tui poteris,

atq; inde discedere.

ITEM supernum ictum, ut antè pari ratione excipito ex custodia, et iuxta ipsum hostem preterueharis, nec non libero ictu superno caput totis animi uiribus quassato.

SIN autem aduersarius te hasta equestri adgreditur in custodia consistentem, tum nodo altissimè sublato dextra manu sinistrorsum, iuxtaq; te mucronem deorsum demittas, et ea ratione equestrem hastam aduersarij remoueto, atq; caput ipsius concutito, uel apponas ipsi mucronem.

VERVM si prope ad hostem sinistro latere peruenieris, is autè ferire te studeat, tum demonstrandi solis habitu utitor, et propositum perficere nequibit.

POTERIS etiam correptionem iubatam exercere, cũ aduersarius sinistra manu se defendere conetur.

PORRO si is sinistro latere suo, dextro lateri tuo adiungatur, atq;

conetur prosternere te solis demonstrandi habitu, et fortior te uiribus sit, tum brachiu dextrum interne, hostis brachio sinistro superinijcias: Sin autem is te inferior uiribus sit, tum externe superinijcito sinistro ipsius brachio, inde aut si dextre sinistra manu opem tuleris, totis uiribus reprimas, sin autem brachium remouerit, tum sinistra manu ipsum complectitor, dextram uero firmiter superinijcias, inde, si fueris progressus, aduersarius concidet.

CETERVM si cubitum sinistrum dextro brachio tuo hostis adplicarit, tunc manu ipsius sinistram, sinistra itidem manu tua corripito, atq; correptionem innominatam exerceto.

QVID AGENDVM, SI HOS-
tis contra dextrum latus tuum inuchi curet, et potiores
partes cupiat obtinere

MAXIME obseruandu est, si hostis dextro lateri tuo adpropinquare uelit in mutuo concursu, et potiores partes obtinere conetur, tu ipsum uetabis quantum poteris, atq; semper curabis, ut latus sinistrum hostis dextro adiungas, in primis autem operam dabis, ut proxime ad illum peruenias, et dextrum brachium lucta excipias, et habitibus eum conuincas, qui supra depicti sunt, atq; subsequentur.

RATIO PRĘVENIENDI

SIN autem tantū coartaris ab hoste, ut terga dare neceſſe ſit, et quiſ-
piam retrorſum dextro lateri tuo adpropinquat haſtam equeſtrem
uel gladium uſurpans, atq; apponere tibi molitur, tu ſiniſtrorſum ad
hoſtem punctionem deuitabundus deflectas, et enſem tuū contra ipius
uel haſtā uel enſem torqueas, ea tamen ratione, ut pollex ſubſtet, inde
autem ipſi adponas.

VERVM ſi aduerſarius ad latus ſiniſtrū tuū adequitat, tum te in
dextrū latus contra ipſum flectas, atq; ut ſupra enſem exerceas.

FIGVRA

VICESIMATERCIA monet, ut ſi quiſpiā utriq; urgeatur,
in latus ſiniſtrū uergat, cum hoſtis dextrorſum te adgreditur.

IN fuga autem uelox ſis, nullas nectere moras memineris, utq; cele-
riter in ſella hinc inde poſſis te circumflectere, atq; retrorſum punctione
dirigere utrinq;.

HIC OBSERVANDVM EST.

qua ratione hosti ensem extorquere liceat, pariterq; ip-
sum hostem retinere, ut nequeat illos habitus exercere

AD *dextrũ latus equitabis, et nuditate hostis rimaberis, ubicunq;*
uisum fuerit, ictibus et punctionibus, at si contingat, ut aduersarius
impetum excipiat, proximeq; tibi iungatur, tu dextrum ipsius brachiũ
retro manũ dextram in iunctura, sinistra manu tua inuersa, idem pro-
trahas, firmiterq; contineas iuxta te, uerũ iuxta brachiũ tuũ sinistrum
externè ipsum capulũ ensis hostilis urgeas, et ea ratione reijcere ensem
aduersarius cogetur. Et si eius brachium, ut prescriptum est, continue-
ris, ense tuo ferire ipsum poteris, uel ex correptione iubata prosternere,
pro arbitrio tuo, tum etiam hostem freno capere.

FIGVRA

VICESIMAQVINTA

docet ensem extorquere hosti, atq; captiuum retinere.

OBSERVATIVNCVLA

SI *cum aliquo uiribus te prestantiori concurris, ipsum eo modo inter-*

cludas, ut armis suis uti nequeat, idq; exerceas, cum sinistro latere tuo, ipsius dextro iungeris.

HABITVS INNOMINATVS

CVM igitur sinistro latere hosti fueris uicinus, et is iam ensem uel pugionem militarem strinxerit, nec non ferire uel pungere te studeat, tunc brachiu ipsius dextrū iuxta manum tua itidem dextra corripito, id autem rotabis, inde pectori tuo idem adprimas, atq; corpore tuo adgraues, et ea ratione brachium ipsius disrumpes. Is igitur habitus innominata correptio adpellatur.

EXTORQVENDI ENSIS HABITVS

SIN autem brachium hostis disrumpere nolueris, cum ipsum pectori admoueris, manum sinistram dextro ipsius cubito injcias, atq; ipsum eo habitu abs te repellas, inde uero dextra manu, ipsius ense correpto iuxta nodum uel capulum, attrahas, atq; ensem ea ratione eripis hosti, quod figura uicesimatertia docet.

ADMONITIO, SI COMPLECTI hostem uoles, ut prope accedas

EVM habitu utriq; exercere poteris, ubicuq; hoste fueris adgressus.

RATIO DEMONSTRANDI solem

Dhac ratione exerceas, cum dextro latere, dextro item hostis late-
ri coniungeris in mutuo concursu, tu quã proximè ipsum accedito,
sinistrãq; manũ retrorsum circumijcias corripiendo brachium eius
sinistrum, uersum te inde totis uiribus attrahas, dextram uero ma-
num maxillę hostili supponas, atq; sursum fortiter eam in latus ip-
sius sinistrum impellas, ea igitur ratione contra solem facię ad-
uersarij conuertis, insuper etiam ipsum equo deturbare licebit.

FIGVRA DECIMAQVARTA

propterea monet, ut cominus captetur manus hostilis, atq; in locum ceruicis frontem colloces.

LVCTA predicta ideo à peritis dimicationũ, demonstrandi so-
lis habitus adpellatur, ne quis intelligat, qualis sit habitus, inde
etiam occultus dicitur.

GVM uero latere sinistro, aduersarij dextro iungaris, pari ratio-
ne ipsum complectitor, ut in predictis adparet paulo supra, atq;
in latus ipsius sinistrum reijcias

DESTRVCTIO ANTECEDENTIS

PLVRES *eius habitus demolitiones sunt, tum etiá contra fortes et infirmós athletás accommodi.*

SI *quispiá latere dextro, tuo lateri itidem dextro adiungatur, uiribus prestans, et prosternere te ex ratione demonstrandi solis conetur, si igitur maxillę adplicauerit dextrā manū, tū dextrū brachiū, dextro item hostis superinijcias, ipsumq; totis uiribus pectori admoueas, inde autem corpore tuo adgraues, pòst si fueris progressus, ipsum deturbas.*

VERVM *si is sinistro latere, dextro tuo iungatur, brachiūq; sinistrū tuū sinistra item manu adprehenderit, tum contra ipsum te conuertas, atq; celeriter internè brachiū dextrū attollas, inde ipsius brachiū, tui brachij parte firmiori remoueas, et superinie-cto brachio super hostis brachium, progrediтor.*

SI *uero aduersarius minus uiribus prestet, atq; sinistrum latus lateri dextro tuo iungat, manuq; sinistra, tuā item sinistrā corripere conetur, tū ab infernè retrorsum sustollas eam, sinistre ipius traijciendo, inde brachio subitò leuato, ipsius brachium uiolenter iuxta ceruicem si compresseris, progrediтor.*

20

VERVM si brachium extollere minus uoles, tum ipsius superiniijcias brachio, atq; deprimas.

TVM etiam si lubet, brachium dextrum ab interne, brachio hostis sinistro superinijcere poteris, retrorsumq; ipsum comprimere uersum te, et inde discedere.

OBSERVATIO
OCCVLTÆ LVCTÆ SPETIES,
qua firmissimè hostem retinebis

IS habitus occulta dicitur lucta, atq; inter optimas numeratur, et non dissimilis aut inferior iubata correptione, nam ea lucta quibus potes retinere siue fortis siue infirmus fuerit, eumq; ea ratione eò compellere, ut non quicquam contra te moliri queat, donec tu ipsum dimiseris, quatenus eum artificioſè corripueris.

SI uero idem facere uolueris, quod solet fieri à leuibus et glorioſis thrasonibus, qui ostentationis tantum gratia athleticam exercet, artemq; manifestam omnibus exhibent, quam nouerint, à peritis

dimicationum certe athletis exiguam laudem auferres.

SI igitur eam luctę speciem omnibus manifestā reddere uoles, utq; omnibus deprehendere liceat, tūc eū in modū te prepares: sinistrum latus tuū dextro hostis adiungito, atq; manu dextra, aduersarij brachiū itidem dextrū iuxta manū corripito, protrahasq; ipsum premendo, nec non retorqueas, verū manu sinistra, cubitum ipsius dextrū ad-prehendito, inde propellas cubitū, sed dextra manu, brachiū ipius dextrū rursus super sinistrū brachiū tuū pertrahas, inde aut brachiū hostis dextrū, sinistro tuo sursum attollas, atq; eo modo ipm cepisti, et citra omne uinculum ligasti, eum insuper captiuū retineas quam-diu tibi libuerit, is habitus utrinq; formatur.

ADMONITIO, VT SEMPER hostem prior corripias.

MAGNOPERE curabis, ut semper corripiendo hostē prēue-nias, nā si is correptiones atq; luctas, imprimis autem quatuor spe-cies luctarū principales (quarū prima est correptio lubata, Secunda Innominata, Tertia Occulta, Quarta Demonstrandi Solis ratio) prior arripuerit, tu prepedieris, ne ullos habitus prescriptos exer-cere possis. Interea etiam freno hostem irretiendi habitus ne obliui-scaris. Cum predictas luctę sortes rite et artificiosē noueris et exerceas,

difficile erit, ut quisquã te equo deturbet citra ſui corporis detrimentũ.

QVEDAM OPTIME ADMO-
nitiones

VTRINQ, *regere et equum flectere diſcito.*

EQVO *ephippium impomito rite equitum conſuetudine.*

CVM *primas obtinere uoles, lateris memor eſto.*

SI *hoſtem in certamine uideris remiſſiorem, mucronẽ eidem adpomito, uel etiam ſi ſit ſtrenuior occaſione ablata idem facito, niſi lœdi uolueris.*

HASTAM *equeſtrem uiriliter totis uiribus exerceto.*

LAXATIS habemis equũ, prout occasio datur, regas, si cupias obtinere victoriam.

PRVDENTER agas, hasta equestri media in exceptione impetus hostilis.

RECTÀ porrectim, superiniectione ensis contra hostem utitor.

IMPETVM uel ictum hostilem accuratè excipito.

SI ictus hostiles exceperis, arripias punctiones, atq; incisiones à fronte et à tergo, nam ictus tui prepediti sunt.

PÓST frenum disseces hosti.

INDEX HVIVS LIBRI

A

Admonitiones 27. de dimicatio„
nibus equestribus. . . . . 1.

C

Certamen a fronte. . . . . 13. 2.

Correptio iubata infringit omnẽ
luctam. . . . . 13.

Correptionis Jubatæ effigies. . 13. 2.

Custodiæ Ensis quatuor. . . . 7. 2.

Cum appropinquare hosti velab
eo recedere velis. . . . . 14.

D

Duo ictus vacuæ manus discendi 13.

E

Extorsio crisis. . . . . 10.

F

Fugatus a dextra reuertere. . 17.

Fractio lanceæ. . . . . 3.

I

Ictus Turcicus. . . . . 11.

L

Lanceæ fractio. . . . . 3.

M

Modus crisem extorquendi. . . 11. 2.

Manu vacua omnes ictus dupli„
citer repelli posse. . . . . 4. 2.

N

Nuditates obseruandæ sunt. . . 10. 2.

Q

Quando ense contra emse pugnat. 9.

R

Ratio quatuor custodiarum. . 3. 2.

Ratio vtendi hasta equestri. . 7.

Ratio demonstrandi solem. . 10.

S

Si quis te appetat. . . . . 14.

Si desperes quid agendum. . . . . 15. 2.

Si complexurus es hostem. . . . . 10. 2.


XVI




16

BAB

PVNCTIONIS HABITVS CONTRA REPVLSAM VEL AVERSIONEM.



IN hoc certamine ſiniſtrum pedem prefigere meminerís, ſcutu et haſtam manu ſiniſtra coniunctim teneas, enſem uero dextra, inde mucrone enſis tui, hoſtis iugulum pungas. Sed ſi aduerſarius idem contra te molitus fuerit ſiniſtrum itidem preponentem, nec non ſcutum enſemq; coniunctim ſiniſtra continentem, haſta dextra, tum nodo enſis tui, hoſtilem punctione auertas, inde aut haſta faciem ipius fodias. Sin uero pari ratione te adgreditur pungendo, ſcuto ſublato punctione eius excipito, pòſt dextro pede conſecutus, enſe tuo aduerſarij pudenda haurias: At ſi ſcuto ea uim remouerit buculam ipius Caſsidis mucrone appetito. Sin aut idem is uſurparit, uerſus tuu latus dextru ſcuto impetu eius repellas, inſuper haſta abiecta, dextro conſequitor, atq; manu dextra enſe correpto, dextru cubitum aduerſarij ferias, et inde recedas.

PVNCTIO QVA PVDENDA FIGVNTVR CON̄
AVERSIONEM PER SCVTVM



Hoc modo te in commemorata pugna accommodabis, sinistrū prefigito pedem, hastam utraq; manu in latere dextro contineas, et inde pubem hostis hasta figito. Sin uero is te eadem ratione adgreditur iterne, dextrū preponentem, Verum ensem scutūq; sinistra coniunctim cōtineas, hastā pro facie tua dextra manu, mucronem posteriore terre inclinaris, tū punctione hostilem in latus sinistrū scuto remoueas, postea consequitor sinistro pede, axillam aduersary sinistram hastæ punctione appetas uel cuspide. Cæterum si is te pari ratione punxerit, sinistrū retrahas pedem scutoq; eum impetum repellas, Inde autem reperite pedem iam prædictū introponas, atq; mucronem anteriore contra hostis bucula injcias. At id si is remouerit posteriori mucrone, tū ab eius hasta, tua circumuoluas seu circumuertas, atq; anteriori mucrone pudenda ipsius pungas.

GEMINA IMPVLSIO CONTRA FACIEM.



AD eum habitū ſic te compares licebit, dextrū pedem ꝓponito, enſem medium dextra contineas, ſiniſtra aūt haſtam ſupra caput eleuatā, atq; inde haſtam uerſus hoſtis buculam torqueto. Verum ſi is uſus contrà fuerit eodem modo, pedem te ſiniſtrū prefigente, ſiniſtra tua mediū enſem complexa, haſtamq; retro caput ſublatam ſiniſtra teneas, enſe leuato cōfeſtim, haſtā aduerſarij, enſis tui capulo diſcutias in dextrū latus tuū, atq; uiciſſim haſtam in buculam ipſius inijcias. Si autem id quoq; enſe repulerit, introgreſſus pede dextro, capulum enſis tui dextra corripias, et iugulum hoſtis mucrone adpetas. Sed ſi eam punctionē amouerit, nodum enſis adprehende, enſeq; leuato ſurſum, capulo gladij intra manū utrāq; ipius conatum repellas, poſt ſiniſtrā dextræ, qua medium enſem contines adiungas, et nodo, enſisq; cruce ſeu munitione ſiniſtrum hoſtis pedem quaſſabis, atq; ab hoſte recedas.

DVÆ IMPOSITIONES PER HASTAM BREVIORĒ VEL MEDIAM.



EA ratione te accommodabis in hoc genus certaminis, pedem sinistrū prēponito, ensem hastamq; coniunctim utraq; manu corripito, inde hastę mucrone anteriori pudenda aduersarij haurito. Sed si is te inferne pari modo adpetierit, sinistrum itidem pedem si tu prefixeris, hastaq; ex latere dextro manu utraq; contineas, scuto impetū hostilem excipito, post abiecto Clypeo, iugulum eius parte hastæ anteriori petas. At cum aduersarius simili modo te puxerit, tuq; Clypeū itidem abieceris, sinistrū pedem referto, et eius impetū parte anteriori hastæ repellas. Inde autem pede prædicto rursus introgreditor, atq; punctionē contra ipius buculā dirigito. Sin uero aduersarius pari contra te modo usus fuerit, hasta id amouebis, interimq; ea abiecta, sinistrū pedem retrahito, et educto ense, cū manu utraq; corripias, necnon rursus sinistro introgressus, collū hostis pungas mucrone. Eo impetū eundem auertente, medium ensem utraq; manu corripito, atq; caput, modo ensis munitionemq; eiusdē quassato, verum inde ab aduersario recedas.

DVO IMPVLSVS HASTÆ BREVIORIS SEV MEDIÆ. ADDITO SIMVL HABITV EVELLENDI SCVTI.



IN huius congressus mutui certamine, si palmã ferre inde uolueris, ita componere te oportebit, sinistrũ pedem præponere memineris, et hastam de latere dextro manu utraq; teneas, ex ea igitur constitutione dextro si fue" ris progressus, iugulũ hastæ cuspide anteriori adpetes. Sin uero aduersa" rius idem aduersus te molitus fuerit, sinistrũ preponentem iuxtaq; caput hastã ambabus manibus tenentẽ, parte eius anteriori in latus sinistrum uim hostilẽ repellito, inde si consequutus fueris dextro prede, pudenda aduer" sarij fodito. Sin aũt is pari ratione te adgreditur, hasta tua eũ impetum remoueto, pòst scuto hastaq; abiectis, dextrũ pedem reducito. Sed si hostis consimiliter retrorsum concesserit, uicissim et tu abÿcias scutum et hastam, captesq; confestim ipius scutũ, nec non manu utraq; id corripias. Sin aũt is tibi scutum extorserit, stricto ense, rursus dextro intrò progressus, mu" cronem ensis uersus buculã hostilem retorqueas. At si tuo scuto id repel" lat, quod tibi extorsit, mutatis manibus, ense utraq; correpto, cruce nodoq; gladÿ, caput si quassaris aduersarÿ, ab eo recedere licebit ense rotato.

HABITVS. QVO PVDENDA ADPETVNTVR CONTRA EFFIGIEM AVERSIONIS.



SINISTRVM pedem prẽponas ſi in hoc congreſſu propius ad hoſtem conceſſeris, in latere dextro haſtam manu itidem dextra i medio contineto, adiuncto pectori ſcuto, et inde uerſus buculam hoſtis haſtã conĳcito. Sed ſi aduerſarius idem contra te uſurparit, ſiniſtrum pedem præfigentẽ, haſtã utrag manu in latere dextro retinentem iuxta pectus, in latus dextrũ tuũ, impetu hoſtile remoueto haſta, poſt dextro conſequitor pede, iugulũ ipius, haſta tua impetito, hoc itag perfecto negocio, haſtã et ſcutũ abĳcias, atg educto enſe pubem aduerſarĳ, mucrone adpetas. Veru ſi hoſtis idem contra te molitus fuerit, ſtricto enſe uim iſtã aduerſarĳ intra manũ utrãg enſe medio excipias: inde conſequutus dextro, mucronẽ uerſus bucula hoſtis conĳcias punctionis habitu. Sin id exceperit aduerſarius enſe, enſem mediũ utrag manu corripias, pedem prẽpoſitum cruce et nodo rniſis ſi conquaſſaris, retrorſum inde te ab hoſte conuertas.

RATIO ADPLICANDI ENSIS MVCRONEM AD VERSARII IVGVLO CON PLAGAM LETALEM.



QVVM hastas aduersus inuicem coniecistis, ysq; relictis tu si-
nistr um præponas pedem, capulo ensis dextra in latere dextro cor-
repto, sinistram uero medio ensi adplicaris, mucrone iugulo aduersarij
adplices. Sin idem fecerit hostis, te dextrũ pedem prefigente, scuto eã uim
repellas, eoq; abiecto, ensem medium manu utraq; corripito letaliter en-
sis nodo, eiusq; munitione hostis caput quassato. At si te modo eodẽ pul-
sarit, scuto leuato, ipius plagã remoueas, inde Clypeo reiecto, à capulo
ensis dextrã remoue, sinistreq; coniunge in medio ense consistenti, dextro
conseguutus, pedem prepositum aduersarij nodo cruceq; ensis tui pulsato,
post ab hoste gemino gradu recedas.

DVO HABITVS. QVIB. ENSIS PARITER & HASTA ADVERSARII APPLICANT CORPORI VT INFRA DEMONSTRABIT.

8



In hoc certamine si ad hostem propius concesseris, pedem pponito siniſtrũ, ambas manus haſtæ adplicato de latere tuo dextro, ſcutu ex ſiniſtro appareat, atq; inde in pubem hoſtis haſtæ mucronẽ proijcias. Sed ſi is idem contra te uſurparit ſiniſtrũ itidem prefigentẽ, atq; haſtæ mucronẽ contra hoſtẽ porrexeris, abiecerisq; eã, uerſus latus ſiniſtrũ eius punctionẽ ſcuto excipito, inde buculam aduerſarij enſis mucrone figito. Idem ſi hoſtis contra te molitus fuerit, rurſus eum impetũ in latus ſiniſtrũ Clypeo repellas, poſtea conſequutus intrò pede dextro, ſurſum haſta leuata, iugulum hoſtis cuſpide adpetas: At ſi is ſcuto eam uim repulerit, tũ abijcere haſtam memento, dextrũq; pedem retrahas. Poſthæc ſtricto gladio ſi rurſus intrò proceſſeris, buculam hoſtis eiusdem mucrone fodito. Sin id rurſum remouerit, enſem mediũ utraq; manu corripias, atq; eius nodo et cruce cubitum dextri brachij concutias, et inde recedas.

233
234

ADPOSITIO HASTÆ CONTRA REMOTIONEM PER ENSEM.

9



ITA in hanc pugnã te accommodabis in mutuo congressu sinistrũ pedem prẽponas abiecto scuto, et inde ensem hastamq; manu utraq; coniunctim corripias, collig hostilis partem sinistrã hastẽ mucrone fodito. Verũ si is idem contra te molitus fuerit, sinistrũ itidem pfigentẽ, uersũ latus sinistrũ scuto hostilem impetũ excipias, post abiecto Clypeo & hasta sinistrum retrahas pedem, atq; educto gladio repente rursus intrò procedas, capulo dextra adprehenso, sinistra medio ense, interius mucrone eius cubitũ aduersarij sinistrum pungas. Id si is exceperit hastæ anteriori parte, leuato confestim ense, gemino ictu buculam ipsius pungas, et inde ab hoste recedas.

STERNENDI HOSTIS RATIO IN DIMICATIONE PEDESTRI.



AD eũ habitũ, qui mox infra describetur hac ratione te componas, ſiniſtrũ ꝓponere pedẽ memineris, haſtę mucronẽ in buculã aduerſarij proȳcias. Sin autem is idem contra te uſurpet ſiniſtrũ itidem ꝓfigentẽ, eũ impetũ haſta tua reȳcias, inde abiecto ſcuto haſtaq; ſiniſtrũ pedem reducas, eoq; habitu enſem educas atq; pede modò prędicto rurſus intro ſi conceſſeris, collum enſis mucrone fodias. Sed ſi aduerſarius itidem abiecerit haſtam, atq; enſem corripere conat⁹ nec non eodem, impetũ tuũ remouerit, pudenda ipius, mucrone haurias, pòſt reiecto gladio, pudenda manibus corripias hoſtis. Sin uero pari te ratione corripere molitus ſit, tũ dextrũ pedem, hoſtis ſiniſtro poſtponere nõ dubites, dextrã manũ collo ipſius circuȳcias, fortiter uerſum te attrahas, uerũ ſcuto ſiniſtra manu conſiſtente facię ipſius impugnes buculã: inde ſiniſtrũ pedem, hoſtis itidem ſiniſtro iniȳcias, ſiq; inferniè attraxeris, ſuperniè uero propuleris, hoſtẽ proſternes.

DVÆ CVSTODIÆ SCVTORVM.



In hoc mutuo congreſsu hoc modo te componas erit neceſſe, ſiniſtrũ prẽponas pedem, ſcutum ſiniſtra manu teneas pro facie tua, dextra uero ceſtum ſecundum caput leuatũ, inde dextro inſequutus, buculã ceſtu quaſſabis aduerſarij ex latere eius ſiniſtro. Sin uero etiã ſiniſtro uerſus hoſtem conſiteris, ſupra brachiũ ſiniſtrũ ſiniſtra itidem manu ſcutum continens, dextra Cæſtum, isq; pari ratione te adgreditur, ſurſum ſcuto alleuato, uerſus latus ſiniſtrũ impetum hoſtilem repellas, poſt inſequitor dextro pede, atq; ſiniſtrum aduerſarij cubitũ ceſtu tuo quaſſabis. At ſi eam uim ſcuto hoſtis reijciat, ſiniſtro pede in triangulum concedas, mucrone ſcuti anteriori pudenda hoſtis pungito, et ab eo recedito.

RATIO IMPOSITIONIS SVPERNÆ & INFERNÆ PER SCVTA.

12



AD id certaminis genus hac ratione accommodes te, sinistrū ꝑponas pedem, supraq; caput ensem eleuatū dextra contineas, sinistra uero ensem medium, mucro sit contra hostem porrectus, inde insequutus dextro, mucronē in buculā hostis proijcias. Id si scuto repulerit hostis, gladiū reijcias, manuq; utraq; scuto arrepto, scuti cuspidem in buculā protrudas. Sin uero sinistrū pedem præfigens constiteris, nec non buculā tuā scuti impulsu quassarit, uicissim ensem abijcias, et utraq; manu scuto correpto, sublatoq;, hostilem punctionem in latus sinistrū remoueas, inde deorsum scuto directo, cuspide eius genu præpositū pungito, atq; ab hoste recedas.

INFERNA IMPOSITIO COÑ AVERSIONEM.

13



IN eũ habitũ hac ratione te accommodes, mitrò concedas pede ſiniſtro, dextraq; cęſtum contineas leuatũ, et repente caput conquaſſato, ſi aut ſiniſtro contra hoſtẽ innitens conſiteris, et aduerſarius pari ratione uſus fuerit, reji-cias cęſtum, inde aut utraq; manu ſcutum arripias, eoq; eam uim, ſcilicet ho-ſtilem uerſus dextrũ latus repellas, necnõ ſcuti cuſpidem i facie aduerſarij impellas, uel bucula qua facies ꝓmunita eſt. Si autẽ hoſtis pari ratione contra te fuerit uſus, cęſtu uiciſſim abiecto, manu utraq; ſcutũ arripias, eo ſublato punctione hoſtilem excipito, pòſt deorſum detracto, cuſpide ſcuti prępoſitũ pede aduerſarij pungito ſiniſtrũ. At ſi is te pari ratione adoreſſus fuerit, deorſũ inclinato ſcuto, hoſtis ſcutũ ſupprimas, et ea ratione eum ha-bitũ aduerſarij repellas, inde autẽ rurſũ leuato, buculâ hoſtis, ſcuto impellas, et inde rẽcedas.

DVO HABITVS. VNDE SCVTA HOSTIS AD-
PLICANTVR CORPORI.



AD hanc pugnā hoc modo te accommodabis, dextrū pedē ꝓponito, cęſtum dextra ſublatum contineas ſupra caput, et inde ſiniſtro pede ſi fueris conſecutus, buculam hoſtis concutias cęſtu. Si aūt pari ratione te appetierit, cęſtū dextra continentem, eū reijcias, Sed utraq; manu ſcuto arrepto, plagā ipſius repellas, et inferiorē ſcuti tui cuſpidem rētro pedem tuū ſiniſtrum porrigas, atq; attrahas uerſum te uellendo, Sed ſi is idem contra te fuerit molitus, uiciſſim cęſtum abijcias, et manu utraq; ſcutū arripias, eoq; ſublato, cuſpide ſuperiorem aduerſarij in latus ſiniſtrum ſi depreſſeris, ipſius uellicationem remouebis, Verum poſthac ſcuti tui cuſpidibus pudenda aduerſarij impetas. Sin aūt is uſurparit idem contra te, uerſum latus ſiniſtrū ſcutum ipſius, tuo ſcuto deprimas, inde uero ſub dole cuſpidem ſcuti tui ſuperiorē ſi direxeris, uellendo hoſtem adte attrahito, tū ſi pedem dextrū, hoſtis ſiniſtro prępoſueris, in latus dextrum tuum proſternere hoſtem poteris.

DVÆ SCVTORV IRRVPTIONES.

15



DEXTRVM, si propius ad hostem accesseris, pedem in hoc certamine prefigos, ensem dextra contineas, mucro recta contra hostem porrectus sit, scutum sinistra ante thoracẽ, inde pede sinistro consequutus, mucronem ensis tui in buculã hostis propellas. Et si is sinistrũ contra te prę-
posuerit, scutũ uero utrag; manu contineat, punctionęq; tuã ea ratione re-
mouerit, abijcias ensem tu, dextrag; manui sinistræ admoueas scutum te-
nenti, anteriorẽ scuti cuspidem i buculã impingas. Sed si pari ratione ad-
uersarius usus fuerit contra te, medio scuti eam uim repellas, nec nõ anterio-
ri cuspide buculam ipius impetas, eog; habitu hostem reprimas abs te. Verũ
si is consimili modo te fuerit adgressus, abiecto scuto, dextra manu, aduer-
sarij scutum arripito, sinistram uero anterius corpori ipsius circundatam
sub axillam dextrã dirigito, si ea ratione hostem ad te compresseris, inde ab
scuto aduersarij, dextra remota, eag; pugione arrepto buculã ipius hostis
pungito, atq; eo modo omnem eius conatum infirmasti.

RATIO HOSTIS STERNENDI. ADDITA LE TALI PVNCTIONE.



IN predicto iam congressu dextrū preponere memineris, in latere dextro ensem dextra contineas iuxta caput, ante thoracē scutū sinistra, inde consequutus sinistro pede, mucrone ensis tui buculā aduersarij oppugnes ex habitu pungendi. Sed si is eadem ratione te fuerit adgressus, sinistrum preponentē, supraq; pedem dextrū ensem dextra continentem, mucroq; eiusdem cōtra hostem sit porrectus, scutū etiā sinistra manu cōtineas in thoracis tutelā, scuto impetū hostilē excipias, post latus aduersarij sinistrū mucrone ensis haurias. Verū si te is pari modo adgreditur, sinistrum prae referto, uersuq; latus sinistrū clypeo tuo excipito hostem. Sed repente rursus itrō concedas, scutuq;, ipius thoraci adplices, et eo modo eū propellas, sinistrū pedem, aduersarij pedi itidem sinistro injcias, si inde adte adtraxeris, letali punctione aduersarij latus sinistrū vulnerres, atq; eo modo hostis riuere cogetur.

INDEX HABITVVM,

Vbi ensibus, Cestibus, Lanceis, scutisq; pugnatur, nec non et pugionibus.

A

Appositio hastę contra Aucrsionem. 9.

C

Cus todię duę per scutum. folio. 11.

H

Habitus duo, quibus ensis pariter et hasta aduersarij corpori applicant. 8.

Habitus duo, per quos scutum hostis Corpori adplicatur. folio. 14.

I

Impositiones duę per hastā breuiorem. 4.

Impositio Infera contra Auersionem. 13.

Impositio Supera et Infera per scuta. 12.

Impositio oemina contra faciem. fol: 3.

Impulsus duo per hastam Mediam adiuncto habitu euellendi scuti. folio. 5.

Irruptiones scutorum duę. folio. 15.

M

Mucronis applicandi habitus aduersarij iugulo contra plaga loetale. 7.

P

Pudenda quo appetuntur habitus contra Auersionem. Folio. 6.

Pudenda qua appetuntur punctio contra Auersionem per scuta. folio. 2.

Punctio contra Auersionem. folio. 1.

Sternendi ratio addita lętali punctione. Folio. 16.

Sternendi ratio ex Dimicatione pedestri. Folio. 10.




17


XVII



DOCTRINÆ ET INFORMATIONES AD CERTAMINA PEDESTRIA NECESSARIA ET VTILIS SIMÆ,

PRECES DIMICATVRI
AD DEVM OMNIPOTENTEM
PRO VICTORIA,

BSB

240
204

INSTRVCTIO QVO MODO DIMICATVRI CERTAMEN INEANT.



HOC modo armati intra ſepta ſeu paleſtram, ubi certatum conuenitur, duo iſti, qui dimicaturi ſunt, dimicatione incipere ſolent utentes haſta, enſe, et pugione; atq; tanto tempore de capite mutuo dimicant, donec alter uiribus exhauſtus ea ratione, ut uitam ſuam porrò tueri nequeat. Si igitur dimicare infirmus non poterit, ſe, ſuaſq; fortunas victori dedat neceſſe erit, ſiquidem victor uoluerit eam conditione accipere, et in poſteru lucis uſura victo concedere. Veru certame ineunt nomen dni inuocantes. Cu prepoſueris pede ſiniſtru, nec nō haſtā loeua manu extenta contines, ita ut mucro ſurſum uergat, ſed mucro inferior humo incubat, enſis ſiniſtro lateri adhereat, manu dextra capulo enſis adplicaris. tu ſi aduerſarius tuus armatus cotra te conſiſtat pari modo, te ſiniſtrū pedem pponente, dextra cōtinente haſtā mediā, brachiū ſupra caput alleuaris, mucro contra hoſte uergat, atq; humero ſiniſtro enſis incubat, manu ſiniſtra capulū tenens, cōſiderate haſtā in uiſū hoſtis cōjcias uel contorqueas, ſiue axillā ſiniſtrā adpetas. Sin uero is pari ratioe te aggreſſus fuerit, tu aut haſta erectā cōtines pro te, eadē conditione uim ipius repellito ſiniſtrorſū, Verū in ipo actu in latus tuū ſi conceſſeris, impulſus hoſtilis irritus eſt.

ALIVS HABITVS PER HASTAM.



SI ſiniſtrum prepoſueris, iuxta mediam haſtam continens ſiniſtra manu brachio ſupra caput porrecto, et enſem ſupra pectus dextra, mucrone ſurſum uergente, tum haſtam uiſui hoſtis uel pectori impingas. Sed ſi is idem fuerit conatus, ſiniſtrum te preponente, proq; pectore tuo haſtam mediâ utraq; manu contines, ea leuata eius impulſu externè dextrorſum reijcias: pòſt intrò progreſſus dextro pede brachijs ſublatis, uiſum hoſtis pungas. Verum ſi idem is fecerit, tu ſiniſtro brachio externè ſiniſtrorſum impetu hoſtilem repellas, inde eius correptâ haſtam ſiniſtra fortiter teneas, et ſi deinde intròfueris progreſſus dextro pede, enſe tuo uiſum uel axillam fodias, itaq; contingat, ut aduerſarius haſtam dimittere cogatur.

ALIVS PRECEDENTIS HABITVS



PRÆPONENTE dextrum te pedem, ſiniſtra haſtam con-
tinente, enſem ſtrictum dextra, haſta uiſum aduerſarij, uel pectus pun-
gito. Sed ſi is pari modo te appetat ſiniſtrū preponentem pedem, tu eū impetū
haſta excipito de latere tuo dextro in ſiniſtrum. Sin autem is idē repulerit,
reiecta haſta intrograditor contra hoſtem ſiniſtro pede, inde manu ſini-
ſtra mediū gladium corripito, atq; pectus eius fodere conator, uel ſi mauis
axillam. Sin uero is te pari modo adgreditur, tu dextrū pedem iuxta ipſius
aduerſarij ſiniſtrū intrò colloces, atq; repellito impetū hoſtilem haſta tua
de latere dextro tuo, in ſiniſtrū, nec non ea ratione punctio ipius hoſtis
auertitur.

ALIA RATIO PVGNANDI HASTIS.

4



SI ſiniſtrum prepoſueris, dextra mediam haſtam continẽs erectam, mucrone ſurſum conuerſo, enſem ſiniſtra ſupra femur ſiniſtrũ, nec non aduerſarius armatus pari modo contra te cõſiſtat dextrũ prẽponens, haſtam et enſem coniunctim, continẽs utraq; manu ſupra pedem ꝓpoſitũ, manũ lœuam capulũ tenentẽ lœuo pedi applicarit prope femur, tu haſtã mediã dextra corripias, ea ſublata ſupra caput, mucronẽ in buculã aduerſarij propellas. Sed ſi te is pari modo fuerit adoreſſus, tu ſiniſtro pede contra hoſtem concedito, ſublata haſta & enſe de latere tuo ſiniſtro uerſ9 dextrũ, atq; ea ratiõe impulſum hoſtilem dextrorſum auertito. Pòſt reiecta haſta, enſe buculã ipius fodito. Si is aut tuã buculã adpetierit, prepoſitum ſiniſtrum pedem reducas, capulũ enſis dextra corripias, lœua medium enſem, et inde rurſus introgreditor ſiniſtro, atq; enſe ſublato, ipius mucronẽ tuo itidem mucrone anteriori dextrorſum contorqueas, pòſt gemino ictu caput ipius hoſtis quaſſato.

PRIMA SVPERNA ET INFERNA CVSTODIA.



AD infernam custodiam, si ea uti rite uoles, hac ratione, ut infra patebit, te accommodato, sinistrũ pedem prępones, ensem mediũ sinistra manu contineas, dextra uero capulũ, supra pedem dextrũ, inde ense sublato ex habitu intorsionis uersus manũ hostis dextrã eũ porrigas. Sed si is idem contrà fuerit molitus, tum capulum ensis tui super dextrum brachiũ interius dirigas. Hoste uero pari ratione utente, te in habitu superioris custodię consistente, sinistrũq; pedem prefigente, tũ capulũ ensis tui sinistra manu inferne super brachium sinistrum inflectito hostis, dextra autẽ aduersarij capulũ corripito supernè, et ensem utrũq; coniungitò. Sin is ensem tuũ eadem ratione adprehenderit, à capulo dextrã remoueas, eãq; mucroni tuo adplices, atq; inde si retuleris sinistrũ pedem, ab hoste recedas.

DVÆ CVSTODIÆ LATERALES DE LATERE DEXTRO, ATQ; SINISTRO.



IN hoc certame hoc modo te componas, siniſtrū preponas pedem, enſem ſupra pedem ſiniſtrū anterius contineas ita, ut mucro contra hoſtem ſit conuerſus, inde ſi dextro fueris conſecutus pede, leuato enſe ſurſum, nodum contra aduerſarij facie porrigito. Sin uero contra hoſtem conſtiteris dextrū preponens, nodumq; aduerſarij uerſum te porrectum obſeruaris, enſe medio eum ſupprimito, necnon nodū enſis dextra intorqueas ab inferne interius ſupra brachium ipius dextrū, inde poſtpoſito ſiniſtro, hoſtis dextropedi, enſem, aduerſarij collo adplices. At ſi is pariter te adgreſſus fuerit, ſi nodum manu dextra ſurſum direxeris ſupra caput, retrorſūq; dextro pede conceſſeris, in priorem ſcilicet commemoratam cuſtodiā deuenies.

CVSTODIA TERCIA DE LATERE VTROQ



In hac cuſtodia ſic te componas, pedem ſiniſtrū prēponito, enſem in late-re dextro tenèas, mucro deorſum uergat, inde inſequutus dextro, nodum contra uiſum aduerſarij ſurrigas: Post, enſe ſuper eius manu ſiniſtra intra brachiū utrūq; inſerto, enſis aciem longa collo ipius adponito. Sed ſi is idem contra te uſurparit, contra ſe dextrū prēponentem, inflexo ſurſum enſe ultra ipius hoſtis cubitū ſiniſtrū, collo eius, nodum applices. Sin aut idem ab hoſte tibi acciderit, nec non te proſter-nere conabitur, tum ab inferne fortiſſimè ſi ſuſtuleris enſem, direxerisq; ſup utrūq; brachium acie breui prēmiſſa in habitum cuſtodiē ſupra prēdictē te accomodabis.

RATIO ENSIS INFERNE ADPLICANDI. VT PAVLO POST PATEBIT.



AD hoc certamen ea ratione te componas, prefigas ſiniſtrum pedem, ſu-
praq; genu ſiniſtro enſem mediũ contineas, mucronẽ uerſus terrã. Si uero is con-
tra te dextrũ prepoſuerit, atq; conetur ſiniſtrũ pedem prefixũ fodere, dextro pede
intrò concedas, et uim hoſtilem enſis parte iuxta crucẽ conſtituta remoueas, eoq;
actu nodum contra ipius uiſum torqueas. At ſi is idem uſurparit, applicata en-
ſis tui cruce, aduerſarij manuj dextræ, ſi inde in latus dextrum couulſeris, uires
hoſti adimes, poſt nodo collum eius urgeas impulſu. Verũ ſi is pari modo
uſus fuerit contra te, intra brachiũ tuũ utriuq; enſe medio hoſtilem impulſum re-
pellito, contraq; latus ipius dextrũ mucronem injcias, Si id aduerſarius anterio-
ri mucrone exceperit, dextrũ pedem referto, nodoq; enſis caput aduerſarij quaſ-
ſato, inde ab hoſte recedas.

ENSIS INTORSIO DE VTRIVSQ LAERE DEXTRO.

9



SI mutuo congredimini, propiusq; ad hostem conceſſeris, ſiniſtrum intro ponas pedem aduerſus eum. enſem ita contineas, ut nodus pedi ſiniſtro adplicetur, ſiniſtra enſi medio, mucro uero porrectim contra hoſtis uiſum uergat. Sin autem ſiniſtrũ prefigens conſtiteris, pectoriq; enſis nodus ſit applicatus ex dextro latere, mucroneq; uerſus aduerſariũ porrexeris, mediog; enſi ſiniſtra ſi adplicaris, tũ hoſtis enſem, tuo gladio remoueas in latus dextrum, poſt hac intrò procedas pede dextro, deflectasq; nodum enſis in ipius facie. Sed ſi idem uſurpare contra te moliatur, enſe tuo intra manũ utranq; excipito hoſtilem impetum, inde ſiniſtrũ referto, colluq; mucrone pungito. Sin autem ea uim repulerit, à capulo enſis dextra remoueas, eaq; mucrone corripito, nec non dextrũ hoſtis pedem cruce, nodoq; enſis pulſato, et inde ab hoſte recedas.

INFERNE ADPOSITIONIS HABITVS CONTRA SVPERINIECTIONEM BRACHII.



IN hoc mutuo congreſſu ea ratione, ut infra patebit, te compares, intrò concedas uerſus hoſtem dextro, mucrone enſis rectà uerſus humũ contineas, atq; inde anterius iuxta pedem dextrũ, ſiniſtrũ eius pedem pungas. Sed ſi contra aduerſariũ dextrũ prẽponens conſiteris, isq; ſiniſtrũ pedẽ punxerit tuũ, tũ dextrũ brachiũ, ipſius brachio dextro ſuperinjcias, necnon enſe medio in tuum latus dextrum hoſtis punctionẽ repellas, inde enſe ſublato, eius nodum, aduerſarij collo retrorſum adponito, atq; ad te conuellito. Verum ſi is uſus pari ratione fuerit, ab inferne crucem enſis, hoſtis brachio dextro adplices, inde aut ſiniſtrã manũ in locũ dextrę colloces, dextrã adplices enſi medio, pòſtſi ſubſequutus fueris pede ſiniſtro, hoſtem propellas ea ratione. Si autem tu eodem modo ab eo fueris repulſus, dextro pede relato, cubitũ dextrũ mucrone pungito.

PLAGA LETALIS CŌN ADPOSITIONĒ ĪFERNĀ.



AD pugnam modo commemoratam ita te accommodato, siniſtro pe-
de intrò concedas, enſem rectā pro te contineas, nodo ſiniſtra manu correpto,
inde hoſtis pedem prępoſitū dextrū pungas. Si aūt idem moliatur is contra te,
eundem pręponentem, mucrone utraq; manu correpto, nodū capiti aduerſarij
pro uiribus impingito. Sin aūt is te pari ratione fuerit adgreſſus, dextro progre-
ditor, leuato enſe, ſiniſtra mediū enſem adprehendas, et uim hoſtilem intra
manū utraq; repellas. Inde aūt ſi cruce conuulſeris in latus dextrū, nodum cō-
feſtim in uiſum ipius intrudito: Eum impetum ſi hoſtis remouere conetur, in
eundem locū mucronē conuertes, nodoq; circumuerſo gradu gemino ab hoſte
recedito.

HABITVS ADVERSARII VELLENDI, SIMVL ETIAM PROSTERNENDI.



IN hoc certamine contra aduersariũ sinistro progreditor pede, nodum ensis ex latere dextro contineas, sinistra uero medium, atq; inde pubẽ ipius pungas. Si autem is pari ratione adgredi conabitur te, pedem sinistrum prę-ponentẽ, mucrone anteriori eã uim excipito, atq; nodum in cubitũ brachij hostis sinistri inflectito, nec non deorsum eo habitu supprimito in latus tuũ sinistrũ. Sin is idem fecerit, abiecto ense, dextra pugionem ipius arripere co-naberis, eũq; adtrahes, inde suũ pugionẽ, quẽ hostis manibus extorsisti, cir-ca collũ eius circuagas, sinistra partem eius pugionis anteriorẽ adprehẽdas sub brachio tuo dextro directa, si ea ratione eum attraxeris, pronũ hostem sternes proprio suo pugione.

PLAGA LETALIS CON̄ HABITVM ADPOSITI ONIS.



IN eum habitū ſic te compones, pedem ſiniſtrū præponito, porrectim enſem contra aduerſariū contineto, iuxta mucronem ſiniſtrā, inde remo- ta ab capulo dextra, ſiniſtreq; coniuncta, nodum enſis cruceq; capiti ei⁹ infligito letaliter. At ſi is idem contra te uſurparit, ſiniſtrum prę ponentē, ſiniſtra manu enſem medium continentem porrectim contra hoſtē, no- dum pedi ſiniſtro adplicatū, tu hoſtis cubitū ſiniſtrū mucrone pungas, inde ſi ſubſequutus dextro fueris, ſurſuq; leuaris, eius plagam infringere licebit. Si uero idem contra te uſurparit, ſiniſtrū pedem retrahito, rur- ſusq; capulum dextra corripias, enſe medio intra utraq; manu punctio- nem hoſtis repellas, atq; celeriter prępoſitū pedem fodias.

APPOSITIONIS RATIO ADDITO HABITV NODI INTORQVENDI.

14



SINISTRVM in hac pugna pedem prẽponito, ſi ad hoſtem prope conceſſeris, enſis nodum ſupra pedem ſiniſtrũ contineto, enſem mediũ ſiniſtra manũ ipius ſiniſtra mucrone fodias. Sin aũt aduerſarius idem moliatur, te dextrum prẽfigente, mediũ enſem ſiniſtra itidem continente, nodus contra hoſtem porrectus, nodũ brachio eius dextro ſuperiniycias, pòſt ſi enſem ſuſtuleris, eius punctionẽ auertes, et inde nodum enſis intra brachiũ eius utrũq; inſertum collo pectoriue adplices impetuoſè. Si uero is eadem rationẽ uſurparit, nodo leuato ſurſum ſupra brachiũ dextrũ deflectas, atq; mucronẽ brachio ipius dextro anterius adplices, ſurſũq; propellas, et eo modo habitũ ipſius diſrumpes. Cæterũ ab capulo manũ dextra remoueas, in auxiliũ ſiniſtrę coniungas, inde pede ſiniſtro reducto, nodum capiti hoſtis illidas.

STERNENDI HOSTIS HABITVS. ADDITO MODO INTORQVENDI NODI.

15



SI rite huius certaminis habitu uti uoles, intrò uersus hostem sinistro procedas, et ensem rectâ pro facie tua sublatū teneas, capulo sinistra correpto, sed iuxta mucronē ensi dextrā adplices, inde sub brachio aduersarij, nodo directo, latus eius dextrū impellas, verū post retro collū, ensem tuum humero tuo imponas dextra, sinistra si sustuleris, rectè huius certaminis ratioe usus est. Sed si aduersarius eundem habitum usurpet, latusq; dextrū adgredi statuerit, dextrū pedem tu, ipius sinistro exterius postponas, inde capulum sinistra manu corripias, dextra medium ensem, ex eo igitur habitu si ensem tuū supra brachium ipsius sinistrū, nec non eius mediū ensem intorseris, iugulum ipius hostis ea ratione adpetito, & sinistra manu si deorsum suppresseris, conuulseriscq; superniè dextra in latus dextrū tuum, aduersarius eo modo supinus concidere cogetur.

IMPVLSVS. QVO ADPETVNTVR PVDENDA. CONTRA INTORSIONEM ENSIS.

16



SINISTRVM pedem contra aduersariũ colloces priorẽ, et supra caput ensem rectà contineas, ita tñ, ut mucro deorsum uergat, dextra sit capulo ensis adplicata, sinistra aũt mediũ ensem, ex ea igitur constitutione pudenda hostis pungito. Sed si is pari ratione te fuerit adgressus, dextrũ pedem pponentem, capulo dextra adpositа, sinistra medio ensi, eũ impetũ repellito, nodũq; pectori illius impetuose adiungito, inde uero si nodũ supra brachium hostis sinistrũ intorseris, pedemq; sinistrũ, utrisq; aduersarij interposueris, nodo uersum te attrahito, sinistra uero attollito. Verũ si is idem usurparit contra te, ab ense medio sinistra remota, liber ab habitu illius, et intorsione redderis, inde si retraxeris sinistrũ pedem, manuq; sinistra medio ense correpto, uisum ipsius mucrone ensis tui pungito.

PLAGA LETALIS INFERA. CONTRA HABITVM AVERSIONIS.



AD eam pugnam hoc modo te compones, intrò progreditor ſiniſtro pede, enſis nodum in latere dextro tuo teneas, ſiniſtra medium enſē, mucrone contra hoſtem porrecto. At ſi is itidem contra te ſiniſtrū prepoſuerit, equaliterq; tecū colliſerit, remoueto dextra capulo, eaq; opem ferens ſiniſtrę adiungito, inde conſequutus pede dextro, plaga uehementi pedem hoſtis ſiniſtrū prepoſitum quaſſato. Verum ſi is pari ratione pedē tuū quaſſarit, in latus ſiniſtrum enſe directo, pedique ſiniſtro eū ſi ppoſueris, eo habitu impetū hoſtilē repellito: poſt ſi ſuſtuleris enſem, ſubſequutus dextro, nodum in faciem hoſtis impellito. Idem ſi is molitur, pedem dextrū celeriter referto, rurſumq; capulo dextra adphenſo, ſi uim hoſtilem auerteris, recedas.

PVNCTIO QVA PECTVS FODITVR ADDITO HABITV APPOSITIONIS.



In mutuo huius pugnę congreſſu intrò contra hoſtem ſiniſtrum pedem colloces, pro facie tua nodum enſis contineas, capulū dextra manu, ſiniſtra uero enſem mediū, inde à ſuperne pectus aduerſarij pū- gito. Sed ſi is idem contra te moliatur, ſiniſtrū prępone tē, nodū iuxta pectus ex dextro latere conſtituas, ſiniſtra uero mediū enſem contineas, enſem brachijs ipius utrisq; ſuperrimponas, inde in latus tuū dextrū pro- moueas, atq; ea ratione punctionem hoſtilem excipito. Poſtea ſi fueris ſubſequutus dextro, nodum contra uiſum hoſtis propellito. Idem ſi is molitus fuerit contrà, ſiniſtrū referto, atq; enſis medio intra manum utraq; tuā aduerſarij impetū remoueto. Inde ſi mucrone uiſum ipſius pupugeris, ab hoſte recedas.

APPOSITIONIS RATIO CONTRA HABITV AVERSIONIS.

19



QVVM palmā ex hoc prelio auferre uoles, hac ratione utitor. Sini" ſtrū pedem prēponere memineris, ſupra caput tuū capulū tenebis, ſi" niſtra mediū enſem corripies, et inde è ſuperne punctione directa pectus ho" ſtis adpetito. Verū ſi aduerſarius eadem moliatur, te dextrū prefigente, enſis munitione uim hoſtilem repellas in latus dextrū tuū, nec non ab inferne nodū uiſui eius impingito. Sed ſi is pari ratione contra te uſurparit, intra manum utrāq; enſe eum impetū declinato, et pòſt ſi repreſſeris in latus ſiniſtrū, ſub bra" chio ipius dextro nodū deflectas ſupra enſem hoſtis dirigendo iuxta dextram, eoq; habitu in latus dextrū conuellas. Ceterum ſi idem is fuerit contra te mo" litus, tū intorqueas nodum capulūq; enſis tui ſupra enſem ipius intra eius utrūq; brachium, Et ſi inde depreſſeris, mucrone anteriori caput hoſtis pul" ſabis: inde enſe circumacto ab hoſte recedas.

RATIO ADPLICANDI ENSIS SVPERNÈ ATQVE INFERNÈ.



QVVM aduersariū uincere cupias in hoc certamine, intrò ſiniſtrum pe dem colloces, deorſum enſis ſit proclinatus rectà ante te, manū dextrā iuxta crucē, nodū uero ſiniſtra contineas, atq; inde aduerſarij pedē ſiniſtrum ppoſitū figas. Verū ſi contra eū, ſiniſtrū pponens conſiſtas, teq; pari ratiōe is adgreditur, ſiniſtrā manū ab enſe remoueas, eāq; medio hoſtis enſi adplices, et eo modo punctionē hoſtilē auertes, inde aut mucrone collum ipſius pungito. Verū ſi is idem conabitur contrà, capulo inter manū utrāq; uim eam excipito, poſt ſi enſem ex ipius manu extorſeris, enſe caput eius quaſſato. Sin autem hoſtis rurſus enſem nudū ſiniſtra corripuerit, necnō impetū tuū inter manū ſuā utrāq; ex alto repulerit, tu uiciſſim ſiniſtra adprehendas ſtrictū enſem, inde autem ſi nodum enſis tui uerſus aduerſarij uiſum propuleris, ab eo recedas.

DVÆ MVCRONVM INTORSIONES.



IN eam pugnã hoc pacto te adplices, contra hostem animosẽ sinistro procedas pede, eoq; mitaris, atq; rectã pro facie tua ensem teneas, sinistra mediũ, atq; inde iuxta ensem hostis, manum ipius dextra adpetas. Sin uero contra ipsum sinistrũ pedem prefigens constiteris, isq; pari ratione usus fuerit, pariter cum aduersario uersus uisum conlaborabis, et si in latus sinistrũ tuũ represseris, intorsione hostile repelles, inde aut subsequitor dextro, necnodum ensis uultui ipius impingito. At si is pari modo te adpetierit, dextrũ pedem intrò colloces uersus hostem, atq; ense nudo eũ impetum auertas, pòst hęc dextra capulo amoueas ensis, ensem nudũ uel medium, opem laturus sinistræ adprehendas eadem, ac si dextro retrò cesseris, nodo ensisq; munitione caput eius si quassaris, recedas ab aduersario.

DVÆ EX LATERE VTROQ ADPOSITIONES.



SI prope ad hostem accesseris, sinistrū pedem prefigas, ensis capulum supra pectus contineas de latere dextro, mediū ensem sinistra, atq; inde mucrone brachiū hostis sinistrū uulneres. Sin aūt sinistrū itidem preponens contra eum constiteris, teq; is equaliter adgreditur, ense nudo eū repellas, uerū confestim ensis mucrone supra brachium ipius sinistrū directo pectus eius fodito. Is si ense ea uim remouerit suo, dextro pede intrò uersus eū procedas, atq; nodo ab inferne cubitū eius sinistrū affligas. Verū si aduersarius eodem habitu pugnę contra te utitur, ense nudo eū impetum repellas inter manū utraq;, & nodum ultra ensem eius dirigendo, impulsu pectus hostis concutias. Sin autē tu ab aduersario fueris repulsus, sinistrū pedem referto, capulog; manibus ambabus correpto, pro uiribus caput eius pulsato inferiori ensis parte.

HABITVS VELLENDI: ADDITA STERNENDI RATIONE.



PEDEM dextrũ in hoc certamine preponito, iuxta latus dextrũ, ca-
pulum ensis dextra contineto, ensem uero medium sinistra, inde si sinistro subsequu-
tus fueris, mucrone ensis, uisum hostilem pungito. Sed si is idem contra te usurpa-
rit, dextrũ itidem prefigentem, dextra uero nodum continentẽ uersus uisum eius
porrigentẽ, sinistra aũt mediũ continentẽ in latere sinistro, tũ sinistro subsequitor,
sublato ense, hostilem punctione ense inter utrag manũ ipius uim excipito, ueru
rursus dextro introgressus, nodum tuũ circa collũ inycias, inde si in dextrũ latꝰ
tuũ conuulseris, dextro si sustuleris pede, in latus ipius dextrũ hostẽ prosternes.

APPOSITIONIS HABITVS. ADDITA VELLENDI HOSTIS RATIONE EX VTROQ LATERE.



In prędicto modo habitu ſi ad hoſtem propius conceſſeris, intrò pedem ſiniſtrũ colloces, dextra capulum enſis contineas in latere dextro, mediũ ſiniſtra, inde aut pubem hoſtis mucrone uulneres ab infernè. Si uero aduerſarius idem uſurparit uerſus te dextrũ pedem ꝓponentẽ, enſe nudo eũ impetũ remoueas. Verum poſt introgreſſus pede ſiniſtro, ſupra brachiũ aduerſarij ſiniſtrũ enſem tuũ injcias ita, ut enſis munitio retro collum eius conſiſtat ex latere ipius ſiniſtro, ſed mucro terrã reſpiciat, atq; eũ abs te propellito enſe, aduerſarij pectori adplicato. Veru ſiniſtro pede retracto, collum hoſtis pungito, & gemino gradu recedito.

HABITVS DVO ADPREHENDENDI HOSTIS GLADII VT INFRA PATEBIT.



AD hoc certame hoc modo te accomodes, sinistrū pedem intrò contra hostē collocabis, inq; latere tuo sinistro ensis capulū dextra tenebis, sinistra mediū ensē inde dextro pede subsequutus, uisum aduersarij uel saltem pectus fodito. At si hostis idem usurparit contra te dextrū prefigentē, tū parte ensis tui anteriori eum impetū excipies, inde mucronē ensis hostilis dextra tua manu capulo tuo adiunges, atq; mediū ensis hostilis, tuo ensi medio sinistra coniungas, atq; in latus dextrū tuum deorsum te deflectes. Idem uero si is molitus fuerit. i. ut ensem utrūq; coiunxerit, sinistro pede subsecutus, sinistra, ipius ensem nudū corripito in medio, tuoq; coniungito, et remota dextra de capulo, eam cubito aduersarij dextro adplices, ac si ea ratione hostem remoueris, is ensem tibi extorquere nequibit.

RATIO ENSIS EVELLENDI ADDITO ADPO-
SITIONIS HABITV



SIC te componas contra aduersariū in hac pugna, siniſtrū ꝓponas pedem, enſem mediū ex latere tuo ſiniſtro, ſiniſtra itidem manu teneas, capulū uero dex-tra, inde aūt nodum enſis uerſus faciē hoſtis propellito. Sin uero uerſus hoſtem pedem dextrū ꝓponens conſiſtas, pariꝫ ratione te aduerſarius ſit adgreſſus, en-ſe tuo nudo inter manū utrāꝫ eū impetū excipito, dextrāꝫ auxiliaturus ſiniſtræ in mediū enſem admoueto, inde ſi pede dextro receſſeris, cūbitū hoſtis dextrū, cru-ce nodoꝫ pulſato. Si uero aduerſarius ea uim repulerit enſe inter utrāꝫ manum dextrum contra hoſtem celeriter colloces, dextram rurſū a nudo enſe remoueas, eaꝫ manu, ipius mucronē adprehendas, eū capulo tuo adiungas, inde autem ſi no-dum deorſum in latus ſiniſtrū deflexeris, ex manibus enſem hoſti extorquebis.

RATIO. VNDE PVDENDA FIGVNTVR CON̄ AVERSIONEM. ADDITO STERNENDI HOSTIS HABITV.

27



DEXTRO pede uersus hostem prepones, capulum ensis manu utraq; continebis porrectim contra hostem, atq; inde pudenda ipius aduersarij adpetito mucrone. Sed si sinistro contra eum constiteris innitens, hostisq; te equali modo fuerit adgressus, nodum ensis uersus eu porrigas, necnon in latere dextro mediu ensem sinistra contineas, tu intra manu utranq; tuam, ensem nudu, ipius ensi imponito, si eo habitu deorsum suppresseris, ita punctione aduersarij repellas licebit, ut ipius ensis inter utrunq; pedem tuum consistat, post intro progressus dextro supra hostis caput ense leuato inter manu tuam utraq;, inde si ad te adtraxeris, attollas, atq; eo modo in latus dextrum tuum hostem prosternes.

STERNENDI HOSTIS HABITVS EX PATENTI FORPICE.

28



AD commemoratũ modò habitũ ea ratione te adaptare neceſſe erit, ſi-
niſtrũ pedem preponas, capulo dextra manu correpto, medio uerò ſiniſtra in la-
tere dextro, nodum contra hoſtis uiſum propellito. Sin aũt dextrum ppoſueris,
atq; aduerſarius parem modum contrà uſurparit, tũ ſiniſtra manu enſem mediũ
corripito, dextraq; iuxta capulũ, eo igitur modo in latus ſiniſtrũ repellito hoſtis
impetũ, inde ſiniſtro uerſùs aduerſariũ procedas, pariq; ratione contra eum
utitor, poſt abiecto enſe, dextra collo hoſtis correpto, in latus dextrũ eum ad
te reprimas, dextro autẽ pede ſi genu ſiniſtrũ propuleris, ſupinum hoſtẽ pro-
ſternes. Si uero is eodem modo te fuerit adgreſſus, anterius thoracẽ ſiniſtra cir-
cundabis, ſiniſtroq; pede reducto, corripias dextra manu, dextrum itidem
pedem hoſtis, inde ſi eum ſubleuaris, eum ex forpice patula proſternas.

ALIVS IN CERTAMINE PEDESTRI HABIT⁹.

29



QVVM propius ad hostem acceſſeris, introgreditor ſiniſtro, atq; circumflectas enſem de latere ſiniſtro in dextrum, dextram ſiniſtræ manui in medio enſe conſiſtenti coniungas, letaliter inde caput aduerſarÿ quaſſato. Sin aut dextrū itidem ꝓpoſueris contra eū, isq; te pari ratione adorediat, tū enſem, plagę ipius obÿcito, eoq; modo impetū eum auertito inter ambas manus tuas, inde autem cruce enſis, hostis gladium conuellas in tuū latus ſiniſtrum, atq; nodū contra uiſum eius impellito. Hoc perfecto, enſem abÿcito, collo ipſius, dextra circundato, uerſum te eū adprimas. Sed ſi te is itidem comprehenderit, teq; attraxerit, tu uiciſſim enſem abÿcias, brachiū ſiniſtrū ſuperne ſup eius pede dextro dirigas in poplitem eius. At ſi hostis manū ſiniſtrā cubito tuo ſiniſtro adplicarit, eaq; ratione impetū tuū repellere conetur, tu dextrā ſiniſtræ tuę manui auxiliaturus admoueto, inde ſi ſurſum leuaris fortiter, ſupinū hoſtem ſternes.

ALIVS PRÆCEDENTIS HABITVS.



HOC pacto te accommodato ad predictam dimicationẽ, sinistrũ pedem prẽponas, mediũ ensem sinistra contineas, dextra uero capulũ in femore dextro, inde intrò procedas dextro pede, atq; mucronem contra hostis uisum inflectas. Sed si dextrũ contra eũ prẽposueris, uersusq; te pari modo usus fuerit, capulum te dextra tenente, medium ensem sinistra, mucronẽ contra uisum ipius, tũ hostis impetũ inter utrasq; manũ ense repellito in latus tuũ sinistrũ: pòst si subse-quutus fueris pede sinistro, collũ aduersarij nodo impetas. Sed si idem cõtrà molitus fuerit, abiecto ense, te proclines deorsum, inde manu sinistra pedem hostis sinistrũ adprehendas. Sed si is idem conetur, tũ dextra superne supra dorsum ipius directa, latus dextrũ adprehendas, sinistra uero buculam cassidis, ac si ea ratione, thorace suppresseris, aduersarius concidere cogetur.

RATIO. VNDE ADVERSARIVS IN CAPVT PRECIPITATVR.

31



In huius certaminis congressu mutuo sinistrũ pedem ꝑponas, ensis capulum dextra retrò caput tuũ leuatũ contineas, sinistra uero medium ensem, mucronẽ porrectim contra aduersariũ, inde si dextro pede fueris subsequutus, nodũ ensis ab infernè contra uisum aduersarij seu pectus deflectas. Si aũt contra ipsum hostẽ sinistrũ prefixeris pedem, ensem sinistra mediũ continueris, ex latere sinistro dextra capulum: ense hostilem uim inter utrãq; manũ excipito, pòst supprimas, atq; ensem abijcias, introgreditor post hac dextro, retrorsũq; brachio dextro collũ hostis circũdato. Verũ si is idem usurparit, uicissim & tu ensem abijcito, dextra tua, ipius dextrã adprehendas, deq; superne deorsum si firmiter detraxeris, sinistra uero manu pectinẽ corripueris, subleuarisq; in faciem pronum hostem precipitabis.

ALIA STERNENDI RATIO EX DIMICATIÕE PEDESTRI.

32



SI congredimini, propiusq; ad aduersariũ accesseris, dextrũ pedẽ prẽponito, atq; ex latere dextro ensis capulum dextra contineas, sinistra mediũ ensem, mucronem contra hostem, inde si subsequutus sinistro fueris, mucronẽ de supernè contra uisum aduersarij intorqueas. Si uero dextrũ contra eũ prẽposueris, isq; pari ratione contra te fuerit usus, tũ parte ensis tui anteriori eum repellas, atq; nodũ inter utrũq; brachiũ inflectas in uisum aduersarij. Si uero is eadem ratione contra te usus fuerit, ense abiecto, utraq; manu caput ipius circundato, nec non firmissimè supprimas. At si tu ab hoste eodem modo compulsus fueris, uicissim & tu ensem abijcias, sinistrũ pedem eius circundato sinistra manu, et dextrã, hostis popliti dextro si iniecerис, atq; eo habitu sustuleris, supinũ hostẽ prosternes.

ALIVS ITEM DIMICATIONIS HABITVS,



EA ratione te componas, quę mox ſubſequitur, in prędictū certamen, ſi ſiniſtrū pedem ꝓpones, enſem contineas in latere tuo lœuo, capulū dextra manu, medium enſem ſiniſtra, inde nodo ſurſum directo, uerſuq; uiſum aduerſarij eū porrigito. At ſi ſiniſtrū contra hoſtem ꝓpoſueris, proq; thorace enſē porrectis brachijs teneas, ſublato nodo, mucrone depreſſo, iſq; idem contra te uſurparit, tu inter utraq; manū enſe tuo eū impetū remoueas, inde ſubſequutus pede dextro, mucronē in uiſum ipſius impellito. Si uero is idem uſurparit, tu abiecto enſe, introgreditor uerſus eū dextro, necnō brachijs utrisq;, aduerſarij brachiū dextrum ſi corripueris, uerſum te attrahas. Verū ſi hoſtis pari modo te adprehenderit, coneturq; te proſternere, uiciſſim & tu reijcias enſem, ſiniſtrā manum, hoſtis dextro cubito adplices, ſi inde propellas ea ratione, dextroq; brachio attraxeris, per dextrū pedem ita precipitabis, ut ſupinus conijciatur.

ALIA EX DIMICATIONE PEDESTRI RATIO,
HOSTIS PROSTERNENDI.



IN hac dimicatione ſiniſtrū pedem ꝓponito, enſem dextra in latere tuo ſiniſtro contineas, mucro contra hoſtem porrectus ſit, inde dextrā ſiniſtrę opem laturus in medio enſe conſiſtenti coniungito, atq; letaliter nodo enſis tui cruceq; caput aduerſarij conquaſſato. Sin aut dextrū pedem ꝓpoſueris, iſq; equali ratione quaſſare caput tuū conetur, tū enſe tuo inter manum utrāq; eā hoſtis uim remoueas, inde uero reiecto enſe, ſiniſtrū pedem intro colloces, buculam tuā, ipius buculę ſub mento adiungas, poſt derepente collo ipius dextra circundato, eā eius dextro brachio injcias, ſiniſtramq;, cubito ipius ſiniſtro, eo igitur habitu ſi abs te repreſſeris firmiter, retrorſum hoſtem urgebis concidere. Si aut pari ratione aduerſarius te adprehenderit uiciſſim, ut et tu ſimul concidas, tum dextrū pedem injcias, ipius aduerſarij utriſq; contra pudenda, at ſi manu ſiniſtra pedem tuū itidem ſiniſtrū hoſtis conetur adſe attrahere, tu repente ſiniſtro cubito eius, manū tuā ſiniſtrā adplices, ac ſi fortiter ſuppreſſeris, hoſtem uictum captiuumq; continebis, ne reſurgere poſſit humo.

RATIO. VNDE PROSTRATVS RESVRGERE HVMO LICEBIT.



SI ambo concideritis, tu tu qui primas ferre cupias, in ipius exultatiois habitu ensem tuu corripias, et si is suu arripere uicissim conetur, sinistra manu ensem eius anterius arripias, uersumq; te attrahas, et inde mucronem ensis tui pectori hostis infigas dextrum pponens. Sin aut idem contra te moliatur, tuq; uicissim resurgere tentaris, ita ut dexter pes prior consistat, tu pariter et tu arrepto ipsius ense sinistra manu, pudenda hostis ense tuo pugito. Veru si is tua appetiuerit, corripueritq; tuu ensem, ab ense eius, sinistram remoueas, ea autem nodo correpto, dextru pedem referto, atq; inde eadem ratione ex manu aduersary ensem extorquebis tuu, post remotis à capulo manibus, medium ensem adprehendas, dextro pede intrograssus caput hostis nodo cruceq; ensis pulsato, atq; inde recedas.

CANCELLATIO IN HABITV FORPICIS



DEXTRVM pedem in hoc certamine ꝓpones, utraq; manu en-
sis capulum adprehendas, porrectimq; ante te porrigas ensem, atq; punctim
longa pubem aduersarij pungas. Si is pari contra te ratione usus fuerit, dex-
trum itidem ꝓponentem, tum sinistra manu, ipius mucrone adprehenso, tuo
mucrone pectus aduersarij fodito. Si uero is idem usurparit, tu quoq; ipsius
mucronem arripias sinistra, inde si in latus dextrum deflectas, tum ensis
uterq; in cancellatione forpicis, crucis instar super humeris utrisq; coniun-
guntur, inde si processeris, ad te attrahas. Sin aut pari habitu hostis contra
te utatur, in latus dextrū tuū dupliciter deflectas sub brachio utroq; te, et eo
modo habitum ipius infringes, ensemq; rursum adipisceris, pòst mucrone
contra uisum hostis conijcias, et inde recedas.

DVÆ MVCRONVM INTORSIONES DE VTROQ LATERE.

37



Hoc modo te in cõmemoratũ certamẽ componito, ſiniſtrũ pedem ppo-
nas, manu ſiniſtra ex latere itidem ſiniſtro mediũ enſem contineas, nodum contra
hoſtem porrigas, inde deflectas mucronẽ contra ipſius uiſum, eoq; habitu eum ad-
plices collo eius ex parte ſiniſtra. Sed ſi is eadem ratione contra te uſus fuerit, ſini-
ſtrũ te quoq; prefigente, parte enſis tui anteriore ea uim remoueas, poſt mucronẽ
pectori hoſtis infigito, dextroq; lateri eius adiungito. Si is enſem lateri tuo ad-
plicarit, dextrum tu pedem, aduerſarij ſiniſtro preponere memento, atq; in latꝰ
ſiniſtrũ uellas ex enſe iuxta ipius collum. Sed ſi is idem conabitur, tu dextrum pe-
dem, eius ſiniſtro poſtponas, nudumq; enſem inter manu utraq; tua, axille hoſtis
ſiniſtræ ſubponas, et eo modo eũ propellas, inde remota dextra ex capulo, ſiniſtreq;
coniuncta, ſi nodũ cruceq; enſis, capiti illiſeris aduerſarij, ab eo retrorſũ concedas.

RATIO ENSIS ERIPIENDI EX HABITV FORPICIS. ADDITO SIMVL HABITV HOSTIS STERNENDI



IN hoc mutuo congreſſu dextrũ pedem ꝓponas, capulũ manu utraq; cõtineas porrectim ante te, et inde punctione porrecta uiſum hoſtis uel pectus pungito. At ſi et contra eũ ſiniſtrũ pedem prefigens conſtiteris, viſq; in uiſum tuum mucronẽ conuerterit, tũ ex latere dextro capulum enſis dextra manu contineto, ſiniſtra mediũ pubemq; eius ea ratione figito. Sed ſi is enſe ſuo impetum eũ repulerit, ſiniſtra, ipius enſem adprehendas, inde ſi deflexeris in latus dextrũ, inſtar crucis enſis uterq; ſuper humeris tuis cõueniũt, pòſt ſi fueris progreſſus enſem hoſti eripies. Sin aũt hoſtis te enſe ſpoliarit, ſubſequutus urgendo, ſiniſtra manu, ſiniſtrũ eius molam corripias, dextra uero partem pedis ſupẽ genu eiusdem, inde ſi fortiter attraxeris, buculaq; tuæ caſſidis tergum eius urſeris, ad uerſarius pronus ſternetur.

INTORSIO. ADDITO ADPOSITIONIS HABITV.

39



QVVM palmā ex hac dimicatione auferre cupias, hoc modo te accōmodes, dex trum præfigas, mucroneq; ſublatū contineas, ſiniſtra mediū enſem, dextra capulum, nodus contra aduerſariū ſit porrectus, euq; uerſus uiſum propellito. Idē uero ſi is uſurparit contra te, ſiniſtrū præponēte, enſe nudo inter manū tuā utraq; im petum hoſtis excipito, pòſt ſi eo habitu ſuſtulerīs, uiſum mucrone uulneres. Verum cū hoſtis eadem tentarit, nodo enſis tui ūim eam repellas, mutata manu i capulo dextra, ita, ut enſis dorſo tuo adplicetur, pòſt deflectas in latus ſiniſtrū, atq; nodū dirigas ſupra enſem hoſtis uerſus pectus ſub brachio ipius ſiniſtro. Verū in ipſo im torſionis actu, ſub ipius brachio ſiniſtro cruce ad te conuellito. Sin uero is pari ra tione ad ſe conuellat, cū tu loeuū pedem, aduerſarij dextro ꝓpoſueris, eundem at tollas ſurſum, enſemq; tuū ſi uel hoſtis collo, uel dorſo adplicaris, propulerisq;, liberum te reddes, ne is te uellere queat.

HABIT' EXTORQVENDI ENSIS. ADHIBITO VERSVS CAPVT IMPVLSV.



DEXTRVM in hoc certamine prefigas pedem, ensis capulum dextra retineas ex latere dextro, mucro conuersus sit contra hostem. sinistra medium ensem si corripueris, pedem aduersarij prepositu figas mucrone. Sed si itidem dextru contra aduersariu preposueris, eumq; pungere is conatus fuerit, tu mucrone habeas ex latere tuo sinistro, sinistra medium ensem contineas, dextra prope nodum uersus hostem, tu anteriore partem si proripias, punctione hostilem ta ratione remoues, inde ab ense tuo manu sinistra remota, ensem ipius hostis eadem adprehendas, eu si fortiter attraxeris, celeriter è manibus eius extorqueas, atq; nodum capiti eius impingito. Id si hostis brachio sinistro repellere fuerit conatus, nodo tuo ad te conuellito, inde aut ab hoste retrorsum te conferas mucrone prius in uisum ipius detorto.

APPOSITIONIS HABITVS CVM MODO IRRVENDI.

41



ITA in hoc certaminis genus te adaptes licebit, sinistrū pedem pręponas, atq; supra caput ensem contineas sublatum iuxta mucronē sinistra, dextra in capulo prope nodum pro facie tua, pòst si subsequutus fueris dextro pede, mucronem in facie ipius aduersarij intorqueas. Verum is si idem contra te usurparit sinistrum prefigentem, dextra capulū continentē in latere dextro, sinistra autē mediū porrectim ante te, loco ensis anteriori ea uim repellito, atq; mucrone pectus hostis saucies. Sed cū aduersarius idem conabitur, tu abiecto gladio utraq; manu ensem eius nudum obruas, indeq; leuabis, uerū in ipo actu sinistrū referto pedem, & ea ratione te liberabis ab omni periculo, tum etiā ensem tuū recipere licebit.

HABITVS VNDE PVDENDA FIGVNTVR CŌN AVERSIONEM.

42



AD prędictam modō pugnā sic te accōmodato, sinistrum pedem prę-
figas contrā hostē, ensis capulum iuxta pedem tuū sinistrū in latere dextro con-
tineas, sinistrā uero in ense medio, pòst si subsequutus fueris pede dextro, puden-
da aduersarij pungito. Idem uerō si is è contra usurparit, sinistrum te quoq; p-
figente, dextra pectori adiuncta capulū tenens, sinistra in medio ense consistens,
mucro sursum uergat, tū ensem tuū prope crucē, aduersarij ensi imponas, eaq; ra-
tione punctionē hostilem excipito, inde subsequitor dextro, collūq; ipius, nodo en-
sis tui impellas. Sed si is suū nodū collo tuo impegerit, dextro prōe retracto, ense
hostilem conatū intra utrāq; manū excipito, postea dextrā sinistrę manui in me-
dio ense consistenti admoueas, necnon nodum cruceq; seu ensis munitionem ca-
piti infligas aduersarij, et inde recedas.

APPOSITIO EX SVPERNA IMBECILLITATE CŌN AVERSIONEM.

43



AD eam dimicationē modo, qui iam deſcribetur te componas. Sini-
ſtrum prefigas, capulum enſis contineas dextra manu ex latere itidem dex-
tro, ſiniſtra uero mediū, mucro porrectus ſit uerſus hoſtem. Et ſi is uiciſſim
contra te ſiniſtrū prepoſuerit, atq; ab inferne uerſus ſuperna infirmitatem
punxerit, in latus tuū ſiniſtrū eam uim repellito ita, ut enſis tuus brachio
ipſius ſiniſtro adplicetur, inde conſequutus dextro pede, ab inferne nodū
tui enſis intorqueas, necnō collo ipſius eū adiungas, atq; firmiter abs te
protrudas. Id ſi aduerſarius remouerit enſe, tum parte anteriori enſis,
cubitū hoſtis ſiniſtrū pulſato. Verū ſi is idem contrà moliatur, ſiniſtro
pede reducto, enſe tuo intra utrāq; manū id excipito, poſt gemino gradu
contra hoſtem progreditor, nodum circa collum ipſius circuijcias, ſi inde
in latus dextrum conuulſeris, ab eo deflectas retrorſum.

SVPERNÆ INTORSIONIS RATIO CŌN HABITV REMOTIOIS.

44



IN hac pugna pedestri, sinistrū pręponere memento, cū ad hostem pro-
pius accesseris, capulo dextra arrepto supernè ex latere tuo dextro, sinistra
uero ense medio, contra buculā aduersarij, mucronē ensis tui detorquebis.
Verū si is idem conetur uersum te, pedem itidem sinistrū preponentem, ca-
put tuū si conuerteris, punctio ipsius irrita fiet, deinde ensem tuū ex latere
sinistro tuo, ensi hostis adplices, atq; uim hostilē repellito ea ratione: Verū
postea dextro subsequitor pede, nec non latus ipius sinistrū, nodo ensis tui
tundas sub brachio hostis sinistro directo. Sed si is pari contrà modo usus
fuerit, sinistrū pedem retrahito, atq; ea uim repellito, inde repente dextrā
laturus opem sinistrę coniungito in medio ense adplicatę, sicq; ea ratione
nodo, atq; ensis munitione caput aduersarij quassaris strenuè, ense rotato
ab hoste recedas.

HABITVS. VNDE PVBES FIGIT CON̄ ITOSIOEM.



EO modo in congressum predicte dimicationis te adaptes, sinistrū pedem ꝓponas, atq; ex latere tuo dextro, ensis tui capulum manu itidem dextra, mediū uero sinistra, inde pubem aduersarij haurias mucrone. At si is te simili ratione adgreditur dextrū pedem prꝰponentē, mucro deorsum uergat, nodus sursum, inferiori ensis parte impetū hostile repellas, atq; nodum uersus uisum aduersarij inflectas ab inferne. Id si hostis remouerit in latus suū dextrū, mucrone anteriori, tū introgressus sinistro remoue dextra ex capulo eamq; sinistræ medio ensi adplicate coniunge, inde caput pulsabis hostis, nodo atq; cruce, et gemino gradu ab eo deflectes.

RATIO IMPELLĒDI CON̄ VISV̄ HOSTIS NODV̄ SIMVL Q̄ MANVS INTORQVENDÆ HABITVS. VT INFRA DECLARABITVR.

46



In hac dimicatione dextrū pedem ꝑponere memineris, dextra manu ensis capulū teneas, atq; ex latere tuo lœuo ensem mediū sinistra, mucronē secundum pedem sinistrū, inde aut nodum pubi ipius hostis adiungito impetuosè. Si uero is idem uersum te usurparit sinistrum ꝑponentē, ensē contineas sublatū supra caput tuū, sinistra manu nodum hostilis ensis corripito, eoq; habitu, uim eius amoueas, pòst nodum ensis tui uersus uisum ipsius propellito. Verū si is idem contra te moliatur, dextrū pedem referto, nec non ensem tuū ex manu ipius sinistra extorqueas, capuloq; hoc modo impetū hostilem repellito, inde pectus eius, mucrone anteriori ensis fodito, nec non pòst ab hoste deflectas.

RATIO VELLENDI EX HABITV NODI COÑ IMPVLSVM. QVO PVDENDA ADPETVNTVR HOSTIS.



QVVM ad hostem prope concesseris, ita te in hanc pugnam ad-
aptes, sinistrum prefigas, capulū utraq; manu corripias in latere dex-
tro, mucro contra aduersariū porrigatur, inde punctione porrecta, pudenda
hostis pungito. Verū si is pari ratione te adgreditur, dextrū preponentē crus,
capulo dextra contento, nodus uersus hostem uergat, sinistra uero medio en-
si adplicata, iuxta pubem tuā, tum ensem tuū, hostis ensi superimponas, eo
habitu si punctionem hostilem auerteris, nodum ensis sub poplitem eius sinistrū
deflectas, inde si uersum te conuulseris, sursumq; leuaris, supinus concidere ad-
uersarius cogetur.

PROSTERNENDI RATIO ADDITO HABITV IN TORSIŌIS

48



SI hinc palmā auferre cupias, ea ratione, quę mox deſcribetur, in id certamen te accōmodes, dextrū pedem ꝓponito, enſis nodum ſupra caput leuatū contineas, ſiniſtra aūt mediū, mucronē contra hoſtem, inde ex ea conſtitutione pectus eius fodito. Sin uero is pari modo te lędere conetur, ſiniſtrū pedem prefigentē, dextra capulū, ſiniſtra mediū enſem continentē, porrectim mucronē uerſus hoſtem, tū enſe tuo intra manū utrāq; ea uim remoueas. Verū cū aduerſarius idem pari ratione repulerit, ſiniſtrū hoſtis genu, dextro pede impetas. Idem ſi is uiciſſim uſurparit, tum enſem ſub ipius pede dextro intro intorqueas, atq; inde ſi mediū enſem popliti ipius adplicaris, nec non leuaris, tum is reiȝcere enſem cogetur, ſimulq; concidet ſupinus.

HABITVS STERNENDI ADDITA PARITER AD" POSITIONIS FORMA.

49



SI congredimini mutuo, tũ obſeruabis ſedulo, ut pedem ſiniſtrũ prẽponas, manu dextra cõrã conſpectu tuo enſem teneas, mucronẽ contra hoſtem, ſiniſtra uero enſẽ mediũ. Sin aũt contra ipm conſiſtas dextrũ prefigens, dextraq; enſem contineas in capulo, nodum contra hoſtẽ, mucronẽ retrò pedem ſiniſtrũ, ſiniſtra mediũ enſem, tum ſubſequutus ſiniſtro pede, mucronẽ anteriorẽ ex impulſu in faciẽ hoſtis adigas. Idem ſi is molitus fuerit, dextro inſequitor, enſemq; nudũ iuxta crucẽ ſeu munitionẽ, hoſtis enſi imponito, & eo habitu punctionẽ hoſtilem in latus tuũ remoueto, poſt nodo enſis tui, aduerſarij poplitem ſiniſtrũ circundato. Sed ſi is pari ratione contra te utatur, reiecto enſe, manũ ſiniſtrã, hoſtis humero dextro adplices, atq; eũ inde remoueas. Caterũ ſi hoſtis eandem formã fuerit molitus, ſi capulo firmiter ſuſtuleris, eo modo aduerſarius ruere cogetur.

ICTVS SVPERNVS ADDITO HABITV HOSTIS SERNENDI.

50



AD eam dimicationis formā ſic te adaptes neceſſe erit, dextrū contra hoſtem preponas pedem, et ſupra caput dextra enſis capulum teneas, mucronē contra aduer-ſarium, ſiniſtra uero medium enſem, atq; inde è ſuperiè ictu formato caput ipſius parte enſis anteriori ferias, eadem uero ratione ab inferiè pudenda eius adpetito. Sin ſiniſtrum prefixeris, necnō in latere dextro enſis capulum tenueris dextra, mucro uer-ſus terrā uergat, ſiniſtra mediū enſem, enſe ex ea conſtitutione leuato, ictum pariter & punctionē in hoſtis repellas, pòſt ſubſequutus dextro buculā eius nodo concutias, ſi-niſtraq; manu enſem hoſtis corripias, & eū attrahas. Sed ſi enſem tuū corripuerit ad uerſarius, eū permittas hoſti, atq; conſequitor pede ſiniſtro, dextrū ipius hoſtis utraq; ma-nu ſi arripueris; indeq; leuaris, utrūq; gladium tenens reſupinus corruet.

ALIVS STERNENDI HABITVS.



IN hoc mutuo congreſſu contra hoſtem, pedem ſiniſtrũ pręponito, ſiniſtra manu capulum enſis in latere itidem ſiniſtro contineto, dextra aũt mediũ enſem, mucronem contra hoſtem, dextrũq; ipius cubitũ adpetas. Sed ſi prępoſueris ſiniſtrum itidem, necno ſiniſtra quoq; capulum enſis tenueris in latere ſiniſtro, dextra mediũ, introgreditor dextro, atq; intorſionẽ hoſtilem parte enſis anteriori repellas uerſus dextrũ latus tuũ, et inde nodum uiſui ipius impellito. Sin uero is idem uſurparit cõtra te, ab enſe nudo tuo dextrã remoueto, eãq; manui dextræ adplices, inde hoſtis impetu repulſo, dextrũ pedem, pedi ipius itidem dextro poſtponas, et retrorſũ collo eius, enſem tuum adplices, poſt dextra anterius thoracem circũdabis, eãq; in ſiniſtrã axillam dirigas, uerſum te ſi repreſſeris, per dextrũ pedẽ prefixum conijcias.

INFERNA ET SVPERNA ADPOSITIO

52



AD hanc dimicationẽ ita te prępares, dextrũ pręponere memineris, no-
dum ensis tui teneas pro pede dextro, inde in constitutionem libræ te accommodes
deorsum, sinistrũq; pedem hostis, nodo ensis tui pulsato. Et si igitur sinistrum tu
prefixeris uersus hostem, pariq; ratione is te adpetierit, et tu capulum ensis dex-
tra contineas iuxta pectus, sinistra uero medium, anteriori mucrone uim hostilẽ
repellas, pòst collo ipius hostis, ensem tuũ adiungito, atq; fortiter pro uiribus pro-
pellas eadem ratione. Sed si ensem suũ eodem modo collo adiunxerit aduersarius
tuo, dextrũ pedem reducas, inde ense sublato, impetũ aduersary, ense nudo inter
manũ utrãq; excipito, uerũ eodem habitu mucronẽ tuũ uisui ipius obtrudito. Id
si is parte ensis anteriori repellat, tũ dextrã manũ, sinistræ medio ensi adplicate
admoueto, pòst si nodo atq; ensis tui munitione caput hostis quassaris, ab eo de-
flectas.

VELLENDI RATIO, ADHIBITO STERNDI HOSTES MODO.

53



ITA in eam pugnã te conſtituas, dextrũ pedem prẽfigere non dubites, ſu"
praq; pedem ſiniſtrũ enſis capulũ dextra contineas, ſiniſtra mediũ, nodum con"
tra aduerſariũ porrigas, poſt ſi ſubſequutus fueris ſiniſtro pede, mucronem
anteriorem contra uiſum conuertas hoſtis. At ſi idem hoſtis contra te molia"
tur, dextrũ quoq; prẽponentẽ, tũ parte enſis anteriori impetũ hoſtilem remo"
ueto, inde conſequutus ſiniſtro, nodũ deflectas in eius latus dextrũ, atq; ad te
eum conuellas. Verũ ſi is equali modo contra te utatur, tũ enſem collo ipſius
anterius adiungito. At ſi conſiſtas contra hoſtem retro ipius pedem utrũq; ex"
terius ſiniſtro innitens, tum enſem collo eius applicatũ fortiſſime in latus ſi"
niſtrum tuũ conuellas, tũ ſi pede lœuo ſuſtuleris ſurſum, aduerſarius per
eundem ruere cogetur.

CAPVLI INIICIENDI IN HOSTIS ENSEM RATIO.
CVM HABITV VELLENDI.

54



QVVM ad inuicem congredimini, tuq; ad hostem prope accesseris, dextrum prefigas, et pro uisu tuo ensis capulum dextra contineas, sinistra medium, mucronem uersus hostem, pòst ex ea constitutione subsequutus sinistro pede, pudenda eius mucrone haurias. Sed si aduersarius pari contra te ratione usus fuerit, sinistrũ contrà prepoenentẽ, mucroneq; porrectim contra se tenentẽ, sinistra medium ensem, dextrã iuxta nodũ secundũ caput constitueris, tũ aduersarij impetũ anteriori parte ensis excipito, inde subsequitor dextro pede, capulũq; ensis tui in ensem hostis inijcias, pòst adprehendas ipsius ensem, dextra sub ipius axilla sinistra directa, capuloq; tuo adiungito, atq; in latus dextrũ adte conuellito. Verum si is idem contra te usurparit, sinistra ex ense remota, eã si dextro eius humero adplicaris, hosteq; eo modo repuleris impetuosè, tũ cogetur reddere ensem tibi, hoc negotio confecto, caput aduersary nodo cruceq; ensis quassato, et inde recedas.

APPOSITIONIS RATIO ~~ADDITA~~ addita Contra AVERSIONE.



HOC modo in id certaminis genus accõmodato te, ſiniſtrũ pedem
prẽponito, ſiniſtra manu enſem medium, mucronẽ cõtra hoſtem, contineas,
capulum dextra, nodum retro caput in latere dextro, inde igitur ex ea conſti"
tutione collum hoſtis figas. At ſi is idem perficere conabitur, dextrũ te pedem
prẽfigente, dextra capulum teniente, nodus contra aduerſariũ porrectus, ſi"
niſtra uero in latere ſiniſtro mediũ, dextro reducto, uim hoſtilem intra utrãq;
manũ enſe excipias, verũ pòſt celeriter quantũ poteris, rurſus eundem intro
colloces, nec non anteriorẽ mucronẽ ſuper enſem ipius inter utrunq; brachiũ
hoſtis intorqueto, inde in latus ſiniſtrum conuellas, nodũ collo ipſius adpli"
cato, atq; in dextrũ latus uellas. Idem ſi aduerſarius contra te moliri ſtatuerit,
ab enſe ſiniſtrã manũ remoueas, eã ſi cubito eius dextro adplicaris, ſiniſtraq; ca"
pulum enſis corripueris, pro uiribus caput hoſtis ferias.

DVÆ APPOSITIONES



IN hoc mutuo congreſſu hac ratione te conſtituas, pedem ſiniſtrũ pre-
figere memineris, et retro caput tuũ, enſis capulũ dextra ex latere dextro co-
tineas, ſiniſtra adplices medio enſi, et ſic mucronẽ anteriorẽ brachio ſiniſtro
adiungito hoſtis. Sed ſi is pariter contra te eundem modũ uſurparit, ſiniſtrũ
preponentem, ſiniſtra capulũ continentẽ ſupra pedem ſiniſtrum, tũ repellas
ipſius impetũ mucrone enſis anteriori, atq; axillam eius dextrã pungito. Sed
ſi is eodem fuerit contra te uſus, ſiniſtrũ referto, et punctionẽ eius inter manũ
utrãq; uerſus latus ſiniſtrum tuũ repellito, à capulo inde dextra remota, ea
ſiniſtrę admoueto, auxiliũ eidem laturus, nodo cruceq; caput aduerſarij pul-
ſato, deinde ab hoſte deflectas.

AVERSIONIS HABITVS CONTRA EFFIGIEM.
QVA PVDENDA ADPETVNTVR.



AD prędictam modò dimicatione sic te prępares licebit, dextrũ pedẽ pręfigas, nodum ensis dextra contra hostem contineas, sinistra mediũ ensem. Et si is contrà sinistrũ pedem pręposuerit, ensemq; suũ dextra in capulo tenue- rit ex latere dextro, sinistra medium, uicissimq; tuã pubem pungere conetur, crucẽ ensis tui in gladium ipius superinjcias, eoq; habitu punctionẽ hostilem remoueas, pòst subsequutus sinistro, nodum tui ensis ab imferniè contra hostis uisum torqueto. Sin aũt is pari ratione uisum appetuerit tuũ, parte ensis priori id repellas, inde autem mucronẽ super brachio sinistro eius, in pect? aduersarij porrigito, atq; recedas ense rotato.

ALIA EFFIGIES STERNENDI HOSTIS.



EA ratione in hoc certamen te componas, dextrū pedem prę ponito, capulo dextra correpto in dextro latere ſublato ſiniſtra medio enſe, mucrone contra hoſtem porrecto ex ea igitur corporis compoſitione conſequutus pede ſiniſtro, uerſus hoſtis collum ab inferne nodum conuertus. Idem ſi is fecerit cōtrà, te dextrū prefigente, capulum dextra ex latere itidem dextro continente, mediū ſiniſtra, mucronē uerſus aduerſariū, tū enſe eam uim hoſtis repellas, atq; ſubſequitor ſiniſtro: pòſt enſe reiecto, dextrū brachiū aduerſarij, ſiniſtra manu corripito, et ſi uerſum te attraxeris, et ipſe abÿcere enſem cogetur, dextra autē poplitem eius dextrū adprehendito, buculaq; tuę caſſidis dextrū latus eius urgeto fortiter, ſuperne ſi propuleris, inferne uero attraxeris, reſupinus concidet.

ALIVS PRÆCEDENTIS HABITVS.

59



DEXTRVM pedem in hac pugna prefigas, capulum ensis dextra teneto in latere dextro, mediũ sinistra, mucronem contra hostem, inde remota à capulo dextra, sinistra in medio ense consistenti adiungas, atq; no" do et ensis munitione caput hostis quassato. Sin aũt is idem moliatur, te dex" trũ preponente, contraq; eum ensem sustuleris, tum ense tuo inter manum utrãq; uim hostilem excipito, pòst si ensem abieceris, pronũ in formã libræ te componas, si manũ dextrã in latus sinistrũ tinieceris, eũ uersũ te attrahas. Verum cum aduersarius te pari ratione corripuerit, introgressus sinistro, sinistra pedem ipius dextrum retrorsum adprehendas, dextrã uero sub bra" chio eius sinistro axillę itidem lœuę inycito, inde si eum per prepositũ pedem traxeris, hostem ex ea forma pronum sternes.

HABITVS BVCVLÆ RESERANDÆ PER HOSTIS PVGIONẼ.

60



QVVM ad muicẽ congredimini, dextrũ pedem prẽponere non dubites, capulum enſis ſiniſtra contineas in latere ſiniſtro, dextra medium, mucro porrectus ſit contra hoſtem, inde igitur ex ea forma pubem aduerſarij pungas. At ſi is pari modo te fuerit adgreſſus, ſiniſtrũ prẽfigentem, enſem tuum inter manũ tuã utrãq; ipius enſi ſuperimponas nudo, eiusq; punctionẽ ea ratione excipito, poſtea mucronẽ tranſigas inferiè, parteq; enſis tui inferiori, ipius gladiũ ſupprimas, et uerſus latus ſiniſtrum impetuoſè nodum impellas. Sin aũt is idem uſurparit, tũ enſem dextro brachio adplices, et eo pacto impulſũ hoſtis repelles, poſt aũt dextrã ab enſe nudo remoueas, atq; tuũ enſem retro collũ ipius humero eius ſiniſtro adplices, inde ſi uerſum te adpreſſeris, pedem ſiniſtrũ, hoſtis dextro inÿcias, atq; pugionẽ eius ex uagina educas, poſtea uero ſi buculã eius reſeraris, in ipſo punctionis actu ſternere aduerſarium poteris.

ALIVS STERNENDI HABITVS IN DIMICATIONE PEDESTRI.

61



Hoc modo im cõmemorata pugna te accõmodes, siniſtrũ pedem prẽponas, capulum enſis dextra contineas, mucronẽ contra aduerſarium, in latere ſiniſtro enſem ſtrictum ſiniſtra inde cõſequutus dextro, mucronem enſis contra uiſũ aduerſarij intorqueas. Sed ſi is idem cõtrà uſurparit, tuq; ſiniſtrũ pedẽ uerſus hoſtẽ prẽpoſueris, tũ parte enſis anteriori hoſtilẽ impetũ in lat⁹ tuũ dextrũ repellas, atq; itrogreſs⁹ dextro pede, nodũ uiſui eius impigas. Sed ſi is idẽ uſurparit, tũ manũ ſiniſtrã cubito hoſtis applices dextro, eiusq; impetũ ea ratiõe remoueas, pòſt abiecto enſe tuo, dextrũ intrò cõtra hoſtẽ colloces, et pugio ne tuũ dextra ſi corripueris, axillã aduerſarij dextrã mucrone ſaucies. Si aũt is pari ratione uſus fuerit contra te, à capulo dextra tua remota, ipius hoſtis dextrã eadẽ adphẽdas, et ſi eũ ppuleris, ei⁹ pũctiõis ipetũ adimes, ide abiecto ẽſe, uiciſſi & tu ſiniſtra pugionẽ corripias manu, atq; ei⁹ axillã dextrã adpetas mucrõe. Sin aũt te adgditur pugiõe ſuo aduerſari⁹ pugionẽ tuũ abijcias, necnõ brachijs utrisq; ſup̃ humeros extẽtis collũ hoſtis circũdato, uerſũq; te ſupprimẽdo attrahas. Verũ ſi idẽ is moliatur, uiciſſi et tu pugionẽ reijcias, et ſupnè pedẽ ei⁹ ſiniſtrũ adphendas ſiniſtra manu, pòſt anterius directa circa mediũ dextra lumbos circũdato, infernè ſi firmiter ſuſtuleris, mq; lat⁹ dextrũ ſupnè repſſeris, p pedẽ dextrũ hoſtem proſternes.

AVERSIONIS EFFIGIES CŌN PLAGĀ LETALEM.



DEXTRVM pedem in hoc mutuo certamine ꝑponas, enſem in capulo dextra contineas retro caput tuū, mediū enſem ſiniſtra, contra aduerſariū mucro ſit porrectus, inde remota ex capulo dextra, eam ſiniſtre adiungas, atq; ſubſequutus pede ſiniſtro, latus dextrum pulſato letaliter cruce enſis, nodoq;, Si uero etiā dextrū pedem ꝓfixeris, atq; is eadem ratiōe te adgreſſus eſt, tum iux- ta pedem hoſtis ſiniſtrū, pedem tuū itidem ſiniſtrū colloces, et ea ratiōe plagam hoſtis inte uibratā intra manū utrāq; uerſus latus tuū dextrū repellas enſe, pōſt mucronē contra buculā eius retorqueto. Sin aūt aduerſarius pari ratiōe contra te fuerit uſus, capulum ſubitò ſiniſtra adprehendas, et intra utrāq; manū puctio- nem hoſtilem enſe tuo remoueas, inde intro ſequutus dextro, mucronem collo ad- uerſarij injcito, eo igitur habitu ab hoſte dupliciter enſe rotato retrorſū concedas.

DVÆ IRRVPTIONES DIMICATIONIS PEDESTRIS.

63



QVVM ad hoſtem prope peruenerís, pedem ſiniſtrum prę ponas, enſis capulum dextra ſuper capite tuo contineas, medium ſiniſtra, mucronẽ uero contra aduerſarium, inde ſubſequutus dextro, remota à capulo dextra, eã ſiniſtrę in medio enſe conſiſtenti coniungas, atq; irrũpas nodo, nec non et cruce enſis uerſus eius humerũ dextrũ ex habitu plagę letalis. At ſi is pari-ter contra te fuerit inuectus dextrũ pedem prefigentem, tũ enſe intra manũ utrãq; uim hoſtilem excipito, poſtea conſequitor ſiniſtro pede, et enſem tuum, ipius enſi ſuperinjcias, nec non pectori eũ tuo adprimas, tũ etiam parte enſis anteriori uerſus eũ irrũpere conator, atq; in latus colli hoſtilis ſiniſtrum enſem uel mucronẽ adponas. Verũ cũ aduerſarius idem è contra moliatur, de-xtra manu, hoſtis enſem ſtrictum adprehendito, eaq; ratione impetũ eius repel-lito. Sed ſi is tuũ adprehenderit, tũ etiam ſiniſtra, nudum enſem hoſtis corri-pito, retrorſum igitur enſe te deflectas, indeq; dextrum cubitum quaſſato.

HABITVS INTORSIONIS, ADDITA SIMVL CONVERTENDI HOSTIS RATIONE.

64



PEDEM siniſtrum in hac dimicatione prefigas, enſis capulum ſiniſtra contineas manu, nodum contra hoſtem porrigas, dextra adplices enſi medio, inde aũt nodo ex habitu impulſus collũ eius impellas. Sed ſi aduerſari? idem molitus fuerit, ſiniſtrũ te pponente, ſiniſtraq; capulũ enſis continente in latere ſiniſtro, dextra mediũ, mucronẽ uerſus aduerſariũ, tum intra manum utraq; uim hoſtilem enſe tuo excipito: pòſt ſubſequutus dextro, enſẽ detorqas in dextrũ humerũ ſub dextro hoſtis brachio, et ſi eũ ex eo habitu propuleris, aduerſariũ conuertes. Sin aũt pari ratione te conuerterit hoſtis, tum te in dextrũ latus tuũ conuertas, atq; enſe tuo inter manũ utraq; excipito, pòſt autem nodum in buculam aduerſary impetuoſè propellas, necnõ gemino gradu ab hoſte recedas.

AVERSIO CONTRA PLAGAM LETALEM.



QVVM in conſpectum aduerſarij peruenerīs dextrum pedem prępo nere memineris, enſem ambabus manibus contineto mediū, indeq; partem enſis ſuperiore idest nodum & cruce aduerſarij illidas bra- chio dextro. At ſi ſiniſtrū itidem ppoſueris, et enſis capulum dextra pro facie tua continueris, mucronē uerſus terrā, tū impetum aduerſarij uerſus latus tuū dextrū excipito inter utrāq; manū ſtricto enſe: inde aut ſubſequut? dextro pede, mucronem enſis tui ab inferne inter ipius utrūq; brachium contra bucula inijcito. Sed ſi idem contra te aduerſarius uſurpare fuerit conatus, tūc intrograditor ſiniſtro pede, atq; punctionē ipſius repellito parte enſis anteriori, pòſt directo mucronē ſuper brachio hoſtis ſiniſtro contra collū ipius retorqueto. Id ſi is remoueat, ſiniſtrū rurſus referto, atq; nodo enſis, et cruce caput eius quaſſato.

PLAGA PEDEM VERSVS EX CVSTODIA.



SI pedem ſiniſtrũ præpoſueris, capulũ enſis dextra tenes ſupra pectus lateris dextri, ſiniſtra uero manu nudum enſem prope mucronem, tũ ſublatis brachijs utrisq; ea ratione, ut mucro uerſus aduerſariũ porrectus cõſiſtat, atq; è ſupernis punctione directa, uiſũ ipius, uel axillã fodias. Verũ ſi is eodẽ te modo fuerit adgreſſus ſiniſtrũ pponentem, capulũq; dextra tenes, mediũ enſem ſiniſtra ſed prope mucronẽ, mucro uerſus humũ declinet, ſublato ex ea forma enſe, eius medietate uim hoſtilẽ excipito ſiniſtrorſũ intra brachiũ utrũq;. Poſt remota ex capulo dextra, in auxiliũ ſiniſtræ adiungito, et in ipo actu intròprogreſſus dextro pede, nodũ enſis, nec nõ crucem pedi hoſtis ſiniſtro, quẽ prepoſuit, impingas, ita, ut crux enſis poplitibus interponatur, inde ſi firmiter adtraxeris, ſternere poteris. Sin uero tu pari ratione ab ipo fueris correptus, coneturq; te is proſternere, tũ quantũ potes celerrimè, dextrũ tuũ ppone ſiniſtro tuo pedi contra ipm introgreſſus, ſi itaq; pubem adpetieris pungendo, abste recedere cogetur.

INTORSIO. VNDE GLADII EXTORQVENDI FORMA EXERCETVR.



DEXTRVM pedem ſi ꝓpoſueris, capulū dextra enſis tenes ſup̃ dextrū femur, ſiniſtra enſem nudū iuxta mucrone ea ratione ut mucro ſurſū uergat, tu ſiniſtro pede intrò ad hoſtē progreſſus, brachiū cū gladio attollas i altū mucrone uerſus aduerſariū conuerſo, atq; ex ea cōſtitutiōe uiſū ei⁹ ut pectus pugas. Verū ſi is pari ratiōe te adgreſſus fuerit dextrū te ꝓponiēte pedē, enſem dextra manu tenētē in capulo ſupra femur dextrū, nodo eius cōn hoſtem conuerſo, tū mediū enſē ſiniſtra corripias, ita ut mucro retrorſū uergat, ex ea itaq; forma, enſem ſtrictū ſiniſtra torqueas anteuerſū ſup̃ dextrā, ut nodus gladij deorſū conſtituatur, et hac ratione uim hoſtilem enſe tuo intra brachiū utrūq; excipito dextrorſū, inde intrò progreſſus pede lœuo, eūdē iuxta ſiniſtrum aduerſarij pedem colloces, atq; enſē torqueas de latere dextro tuo iterne p bra- brachiū ipſius utrūq; in hoſtis itidem dextrū eo modo, ut capulus gladij tui iuxta manū eius conſiſtat i actu, pòſt ſi pro uirib⁹ deorſū depſſeris dextrorſū, ſuperne aut i latus tuū dextrū, extorquebis hoſtis manibus enſē. Sed ſi is pari ratione tibi enſē extorquere fuerit conatus, tū dextrū pedem rurſus contra hoſtē colloces iuxta ipſius ſiniſtrū, remota inde dextra ex capulo, dextrū reducito pedem, et ea ratione ipius impetum uitabis.

INTORSIO VN: STERNENDI ADVERSARII RATIO, FORMAT.

68



QVVM ſiniſtrũ pedẽ prefixiſti, necno dextra gladiũ tenes i capulo, ſiniſtra enſẽ mediũ, utrũq; brachiũ ſurrigas, ita tn, ut ſiniſtra manus cũ mucrone pariter anterior ſit contra hoſtẽ conſtituta, dextra uero ſit poſterior capulũ contines, atq; inde uiſũ ipius pungas. Sin uero is pari modo te fuerit ad- greſſus ſiniſtrũ pfigẽte pedem, et enſem in capulo dextra manu pectori adiũ- cta contineas lateris dextri, ſtrictum gladium ſiniſtra, mucro ſurſũ aduer- ſus hoſtem conſiſtat, tũ leuato enſe, impetũ hoſtile intra manũ utrũq; ſiniſtror- ſum auertas, inde dextrũ pedẽ externè retro aduerſarij ſiniſtrũ colloces, poſt enſem tuũ ultra ipius brachiũ ſiniſtrũ dirigas, atq; capulũ, quẽ dextra tenes, collo eius anterius adplices, ea ratione ſuperriè ſi pro uiribus dextrorſum de- preſſeris, ſupinũ per pedem dextrũ hoſtem proſternes. Sin aũt is te pari mo- do proſternere conatus fuerit, tũ celerrimè ſiniſtrũ pedem ab ipius dextro re- trahas, ſiniſtra manu remota ex medio enſe, ea externè cubito ipius ſi adpli- caris, necno ex eo habitu eum propulerus, periculo liberaberis.

ENSIS SVPERINIECTIO. VNDE HABITVS STERNĒDI FORMAT.

69



SINISTRVM pedem si proposueris, capulū ensis tui dextra tenens, mediū sinistra, dextram supra pedem dextrū reclinaris, sinistra uero mucrone sursum contra hostem, tū deorsū mucronē inclinabis sinistra manu, dextra uero in capulo surrigas, atq; ea ratione pubem aduersarij pungas. Verum si is te pari modo fuerit adgressus te sinistrū prēponente, capulū ensis dextra tenente, sinistra aūt mediū ensē, tuc ex latere dextro ensem attollas, atq; uim hostilē intra utrūq; brachiū medio ense excipias, de latere hostis dextro i latus tuū itidem dextrū, idē quā celerrimè dextrū pedē, externè aduersarij sinistro pedi pponas, pòst utrūq; brachiū eius, ensem superinyciendo supprimas deorsū uersus ilia, necno i eo ipo actu totis animi uiribus uersū te dextrorsum si attraxeris, aduersariū p pedē dextrū prosternes supinū. Sin aūt equali modo te prosternere cupiat, quā celerriè tu sinistrū reducas, remota ex capulo dextra, dextra ipius eadem adprehendas, inde si totis uiribus depresseris, sinistra aūt ense tuū adtraxeris, sternendi habitum uitabis.

STERNENDI RATIO PER ENSEM.



SI dextrũ pedem prefixisti, et ensem supra pedem interne contines capulo en-
sis dextra adplicata ea ratione, ut contra hostem nodus sit conuersus, sinistra me-
dium ensem corripuisti, mucro deorsum reclinet. Et si vis dextrũ quoq; ꝓposuit,
dextra eius capulo itidem adplicata, sinistra medio ensi, atq; in aperta et sublata
custodia consistat, tu sinistrũ pedem corpore porrecto retro ipius pedem dextrũ
collocabis. Verũ in eo ipso actu ensis concidat, nec no interne nodum ensis tui itra
poplites eius torqueas, pro uiribus deinde subleua, sinistrũ cubitũ pectori eius
applica, pòst abs te propellito, atq; ea ratione hostem supinũ sternes. Sed si vis
te pari ratione sternere cupiat, tum celeriter capulũ ensis tui dextra collo ipius
applices antrorsum, mediũ ensem dextro brachio, inde si totis uiribus superne
adtraxeris, interne aut sinistra depresseris, pariter tecum concidere cogetur. Z

ALIVS STERNENDI MODO.

71



SI ſiniſtrū pedem ꝓpoſuiſti, enſem ſupra femur dextrū continēs, ſiniſtra mucronē anteuerſum, dextra capulum, retrorſum nodus conuerſus, tū ille, ſcilicet aduerſarius pedem itidem ſiniſtrum contra te ꝓpoſuit, tu, qui victoria obtinere cupias, ex libra dextrū pedem internè ſiniſtro aduerſarij pedi pfigas, inde nodū ſub poplitibus externè intorqas, dextra, q̄ capulo adplicata eſt, totis uiribus ſurſum tollas, ſiniſtra uero, q̄ propę mucronē conſiſtit deprimas. Sm is te tali habitu proſterniere conetur, tu celeriter nodū enſis tui et capulū ſub ſiniſtro brachio tranſigas, atq; pro totis uiribus ſiniſtra axillam nodo impetas, ea ratione ſiniſtra manū remouebit ſupernè ex enſe, inde ſi tu dextra ex capulo remoueris, eadem ipius dextram corripias, et ſi ex eo habitu firmiter ſuppreſſeris, caſum uitabis.

RATIO STERNENDI HOSTIS EX SVPERNA ET INFERNA IMBECILLITATE.



IN hac dimicatione ſiniſtrū pedem p̄ponas, capulum enſis dextra teneas ſublatū, ſiniſtra mediū contra aduerſariū mucronē, atq; inde uiſum eius pungito. Sed ſi idem contra te moliatur, dextrū te p̄figente pedē, enſis capulū dextra continente in latere dextro, ſiniſtra medium, mucronē contra aduerſariū, ſublato enſe uim hoſtilem excipito, poſtea ſiniſtro pede ſubſegtor, et ſiniſtrā manu ab enſe remoueto, dextra uero enſem retro pedem utrūq; dirigito. Verū celeriter ſiniſtra enſem rurſus corripito, firmiter inde ſi attraxeris, buculaq; repuleris, hoſtem ſupinū ſternes. Cæterū ſi aduerſarius idē contrà uſurparit, enſem abÿcias, poſtea ſi utrūq; brachium, hoſtis humeris utrisq; inieceris, direxerisq; ſub eius axillas, nec nō attraxeris uerſum te, pariter tecum aduerſarius concidere cogetur.

ALIVS STERNENDI HOSTIS HABITVS.



IN hoc mutuo congreſsu ea ratione te accommodato, ſiniſtrũ pedẽ prefigas, capulũ enſis dextra contineas leuatũ, ſiniſtram uero enſi me- dio applices, mucronẽ contra hoſtem, inde aũt à capulo dextra remoue- as, eamq; opem laturus ſiniſtrę, ſi admoueris, nodo atq; cruce caput eiꝰ quaſſato. Sin aũt is idem contra te moliatur, ſiniſtrũ itidem pponentem, dextra capulũ tenentẽ ex ſiniſtro latere, ſiniſtra aũt mediũ, nodũ cõtra hoſtem gladio leuato, uim aduerſarij ſtricto enſe intra manu utraq; tua excipito, inde aũt ſub axillã ipſius ſiniſtra dirigas, atq; ſubſequutus pede dextro hoſtem propellas. Verũ eo negotio expedito, enſem abijcias, ſini- ſtra manu tua, eius itidem ſiniſtra corripias, dextram uero collo eius applices iuxta humeru ſiniſtrum. Si uero is quoq; enſem abiecerit, tenta- ritq; pedem tuũ dextrũ, dextra manu adphendere, ſuperne abs te remo- ueas aduerſarium, manuq; ipius firmiter attollas, et ea ratione p dex- trũ pedem prefixũ in latus tuũ dextrũ hoſtem proſternes.

ALIVS PRÆCEDENTIS FORMÆ HABITVS.



SI uictoria potiri uoles, sic te compones in hanc dimicatione, siniſtrum pedem preponas, utraq; manu capulum gladij tui contineas ſublatū ſupra caput, nodum contra aduerſarium, inde igitur ex ea corporis conſtitutione dextro pede ſubſequutus, caput eius ictu fortiſſime ferias. Sin autem is tuū ferire moliatur, te ſiniſtrū pedem pponente, dextrā in enſis tui capulo, nodū conſtitutus uerſus aduerſariū ſublatus, ſiniſtra uero enſem mediū conti-neas, tū hoſtis impetū enſe tuo intra utraq; tua manū excipito, abiecto gladio, ſiniſtro pede ſubſequitor, pedemq; eius dextrū inferne ſiniſtra manu corripias, atq; eunde ſurſum tollas. Verū ſi is quoq; enſem ſuū abiecerit, ſiniſtra ilia tua circūdederit, eaq; iniecerit ſiniſtræ axillę, tum collū ipſius dextro circūdabis brachio directo per humerum, ex eo habitu ſuperne ſi for-titer depreſſeris, inferne aut ſuſtuleris, hoſtem pronū in facie proſternes.

APPOSITIO. ADDITO SIMVL HABITV PVGIONE MANVS APERIENDĘ. QVI HABITVS APPOSITIONI OPPONITVR.



QVVM fueritis ad inuicē congreſſi, tu preponere pedē dextru memi neris, enſis capulū dextra m dextro latere contineas, ſiniſtra enſem mediū, mucro uero contra hoſtem porrigatur, pòſt ex ea conſtitu tione ſiniſtro quoq; ſubſequutus, mucronem contra ipius buculā contor queto. At ſi aduerſarius idem ſit conatus, te ſiniſtrū preponente, capulum dextra tenente, mediū ſiniſtra, contra hoſtem mucronē, tū parte enſis an teriori eam uim excipito, atq; inde pectus mucrone fodito. Sed ſi hoſtis idē contrà uſurparit, abiecto gladio tuo, ſiniſtra ipius manū pariter cū enſe eius, itidem tua ſiniſtra, eoq; modo fortiter comprimito, poſtea pugione tuu ſtringas dextra, et ſi punxeris ea ratione manū aduerſarij ſiniſtra interius eam aperies.

ALIA STERNENDI RATIO



HAC ratione te in eam pugnã accomodato, dextrũ prefigito, dex-
tra contineto ensis capulum, nodum uersus humũ, mediũ uero ensem sinistra
in femore sinistro, inde consequutus sinistro pede, mucrone ab inferne contra
pudenda hostis torqueto. Verũ si idem aduersarius contra te usurpare conetur,
sinistrũ pedem pfigente, capulum dextra manu tenente secundum caput, mu-
crone contra hostem, sinistra mediũ, tũc impetũ hostilem parte ensis anterio-
ri repellito, pòst subsequutus dextro pede, sinistrã manũ ab ense remoueas, ea
collo circuiecta pectori ipius adplices, uersumq; te adprimas. Sin aut hostis te
pari ratione complexus fuerit, abycere ensem tu memineris, et in libre habitũ
deorsum te demittere, pòst dextra, ipius sinistrã corripias, attrahasq; eã, uerũ
sinistra, pedem ipius itidem sinistrũ adprehendas, ac si ex ea constitutione sustu-
leris, hostem in tuũ latus sinistrum prosternere poteris.

RVRSVS ALIA RATIO STERNENDI ADVERSARII.

77



SI mutuò congredimini, propiusq; ad hostem accesseris, tu sinistrū
preponere nō dubites, ensis capulum sinistra continneas in femore dextro, de-
xtra mediū, mucrone humū uersus, inde aut subsequutus dextro, nodū con-
tra pubē ipius ab inferne propellito. At si idem is usurparit, dextru te pede
pfigente, capulū ensis dextra tenente in femore dextro, mediū sinistra, mu-
crone uersus hostem, tū impetū hostilem intra manū utraq; tua, in latus
dextrū ense repellas, necnon inde collū eius mucrone pungas. Sin aute
is pari modo te appetiuerit, tū ea hostis uim medio ense excipito uersus
latus sinistrū declinando, postea sub aduersary poplitem dextrū, ensem
subiungito, ac si ex eo habitu subleuaris fortiter, uires ipi hosti adimes,
necnon incuruabitur, pòst aūt sinistri pedis tui impetu si suppresseris, cru-
ceq; ensis in buculā eius intorseris, tum supinus concidere cogetur.

HABITVS VNDE PVDENDA ADVERSARII APPETVNT IMPVLSV PEDIS. ADDITA PLAGA LETALI.



In hoc mutuo certamine, dextrū pedem ꝓponas, capulū ensis dextra contra hostem contineas deorsum, mediū sinistra ex latere itidem sinistro, ex ea igitur constitutione subsequitor sinistro pede, post ense producto mucronem uersus hostis collum detorqueas. Idem uero si aduersarius moliatur, sinistrū pedem te ꝑfigente, dextra capulū tenente in latere dextro, mediū ense sinistra, mucroné uersus hostem, tū parte ensis tui anteriori in latus dextrū conatū eius remoueas, deinde nodū contra ipius buculā retorquere memineris. Sin uero is idem perficere conetur, tunc in latus dextrum aduersary impetū repellas, inde remota sinistra ab ense, eadem nodū hostis arripias, atq; in dorsum ipius ensem reclines, postea pede sinistro pubē hostis impellas, et manu utraq; medū ensem si corripueris, hostem nodo cruceq; letaliter ita ferias, ut semimortuus concidat.

RATIO STERNENDI ADDITO SIMVL HABITV PVNCTIONIS LETALIS.

79



HOC modo in dimicatione comemorata te adaptes, pedem sini-
stru anteponas, ensis capulu dextra contineas sup capite tuo, sinistra mediu
ensem, contra aduersariu mucrone, postea subsequutus dextro prede, nodu de-
flectus ab inferne porrectu uersus hostis collu. Sed si is equali contra te modo
utatur dextru pedem te pfigente, dextra capulo adplicata, nodu tenete uers?
aduersariu, sinistra aut mediu, tuc intro sinistro procedas, atq; ipius impetu
remoueas parte ensis anteriori uersus latus tuu sinistru, inde aut sup brachiu
ipius dextru directu mucrone bucula uersus torqueto. Sin uero is ide fecerit,
tu intra utrag; manu sub axilla aduersary sinistram ensem subiungas, dextrag
pede, pedi ipius sinistro injcias, firmiter ea ratione si sustuleris, hoste supi-
nu prosternes, ensemq; abjcere cogetur, id si fuerit factum, tu uicissim rejcias
gladium tuu, arreptog; pugione, exterius thorace utrisq; genubus urgeto, riusq;
pedem utrug; comprimito, eo igitur ipe resurgere nequibit modo, inde collu ipius
transfigito.

ALIVS PVNGENDI PER PVGIONEM HABIT⁹, ADDITA HOSTIS PROSTERNENDI RATIONE.



SIC te in eam dimicationē, q̄ iā describetur componas, sinistrum pedem anteponito, dextra ensis capulū i dextro itidem femore tuo teneto, sinistra mediū, mucronē contra humū, inde subsequutus dextro pede, mucronē uersus aduersarij buculā deflectito. Verū si contra te idem fuerit molitus, dextrū p̄figentē, capulum ensis dextra tenentē pro facie tua, mediū sinistra, uersus hostē mucronē, tū hostē repellas parte gladij anteriori in latus dextrū tuū, postea subsequitor sinistro pede, atq; buculā ipsius, nodo impellas. Cęterū si aduersarius idem moliatur, ea uim ense tuo intra utrāq; manū tuā excipito in sinistrū latus auertendo, inde autem sinistra ense remota, humerū ipsius sinistrum eadē corripias, ac si eū abs te repu-leris, conuersus est hostis, Verū subitō reijcias ensem, sinistrūq; pede ambabus manibus circūdes aduersarij, infernè cū adtraxeris, supernè autē propuleris, i faciē pronū hostē deijcies, eoq; actu et ipsū ensem abijcere oportet inde uero cura-bis diligenter, ut ambobus genubus corpus ipius claudas, atq; dextra si corri-pueris tuū pugionem, ceruicem eius transfigas.

ALIVS STERNENDI IN DIMICATIÕE HABIT⁹.



EX hac pugna ſi uictoriã obtinere uoles ſic te componas erit neceſſe, ſiniſtrũ pedem anteponas, capulũ contineas dextra ĩ femore itidẽ dextro, ſiniſtra mediũ, uerſus hoſtẽ porrigas mucronẽ: atq; ex ea corporis conſtitu- tione dextro pede ſubſecutus, mucronẽ torqueto contra aduerſarij buculã. Sin aũt ſiniſtrũ prepoſueris, mucroneq; enſis tui rectã contra eum porrigas, tũ enſe tuo inter ambas manus impetũ hoſtilẽ excipito uerſus latus ſiniſtrũ declinando, dextrũ pedẽ tuũ, pedi ipius itidem dextro preponas, inde ẽſe abiecto, manũ dextrã, axillæ ipius ſiniſtræ ſupponas, ſiniſtra aũt dex- trũ cubitũ eius interne adprehẽdas, nec non ſi ſiniſtrũ pedẽ hoſtis dextro iniecerĩs, attraxerisq;, ſuperne uero propuleris, ſupinus concidet. Sed ſi contigerit, ut et tu ſimul eũ obruas, ſiniſtrũ pedem tuũ, aduerſarij utriq; imponas, deorſũ mode ſi ſuppreſſeris, ne humo reſurgere poſsit, eo habitu hoſtem compelles.

RATIO VNDE HOSTIS PROSTERNI POTEST ADDITA LETALI PVNCTIONE.



IN commemorata dimicatione hac ratione te adaptes, dextrum antepo-nas pedem, dextra capulū contineas, contra aduersarium nodū, sinistra uero mediū, postea subsequutus pede sinistro, mucronē ensis contra pudenda hostis torqueto. Sin uero is pari modo contra te fuerit usus, sinistrū preponentē, dextra capulū tenentē, ~~sinistra ensem~~, sinistra ensem medium, uersus hostē mucronē, ensem tuū deorsum demittas, atq; in latus dextrū punctionē hostilem re-pellas. At si tu equali ratione fueris ab eo repulsus, ensem abycere memi-neris: sinistra, aduersarij itidem sinistra corripias, sursūq; eū tollas, pe-ctore aūt tuo acriter ilia eius urgeas, atq; eo modo hostis deprimitur de-orsum: inde educto pugione, buculaq; cassidis aduersarij reserata, caput ipsius transfigas.

ALIVS PRÆCEDENTIS HABITVS.



IN mutuo congreſſu huius certaminis ea ratione te componere opor-
tet, pedē ſiniſtrū anteponas, contineas dextra capulū, nodum enſis con-
tra hoſtem, ſiniſtra mediū, ſed mucronē ſupra pedem ſiniſtrū, inde autē
dextro ſubſequutus, pudenda mucrone haurias aduerſarij. Sed ſi quoq; ſi-
niſtrū anteposueris pedem, contráq; hoſtē enſis capulū tenueris, ſiniſtra me-
diū ſupra caput leuatū, tūc impetum eius inter utráq; manū ſtricto enſe ex-
cipias, necnō gemina punctione buculā eius adpetas. Sed ſi is pari te ra-
tione fuerit adgreſſus, tu abiecto gladio, manu ſiniſtra arripias aduer-
ſarij cubitū ſiniſtrū, atq; ſi inde eum propuleris, eius punctionē repelles,
poſtea uero ilia eius, dextra corripito tua, ac ſi eū firmiter remouerīs, pro-
num in facie aduerſariū deijcis, deinde genu ſiniſtrū interponito utrisq; ipi9
pedibus retrorſū, pubēq; eius conculcato, eoq; habitu cum depreſſeris, pu-
gionē celeriter educas, eoq; caſſidem aperito, necnō retrorſū ipſius collum
fodias. Et ſi eū ea ratione ſtraueris, eius enſem corripito, et ſub brachio
aduerſarij utroq; eundem dorſo eius ſuperrimponito, quemadmodū dimica-
tionum mos et conſuetudo eſt.

HABITVS IN DIMICATIONE STERNENDI AD DITA RATIONE VNDE HOSTIS CAPTIVATVR.

84



QVVM prope ad hostem accesseris, siniſtrū prēponito, dextraq; capulum teneas ſuper capite, mediū ſiniſtra, mucronē uero contra hoſtem, inde aut ſubſequutus pede dextro, nodo buculā eius impellito. Sin is idem contra te uſurpare conētur, ſiniſtrū anteponentē, capulū dextra tenentē, nodū enſis contra aduerſariū, ſiniſtra uero medium ſuper pede ſiniſtro, tūc eū impetū enſe nudo inter ambas manus excipito: inde aut ſubſequitor dextro, manu utraq; enſem ſtrictū adphendito, atq; capiti eius nodū et enſis munitionē ſeu crucē illidito, poſtea enſem reycias, et ſi pedes utrosq; hoſtis, manibus tuis fueris complexus itidem utrisq; retrorſū, nec nō adtraxeris uerſum te firmiter, hac ratione concidet pronus. Poſtea, utrūq; pedem, hoſtis pedibus utrisq; imponas iuxta eius pudenda, ac ſi ea ratioē eum depreſſeris fortiter, is reſurgere nequibit, deinde eū enſe ſpolies, eūq; dorſo ipi9 ſub brachio utroq; exertū, uinculo paritur arrepto, manus eius ambas colligas, ſecundum morem dimicantium ſolitum.

VLTIMVS DIMICATIONIS HABITVS. QVO ADVERSARIO VSVRAM LVCIS ADIMI LICEBIT.



ITA in hanc dimicationē te adaptes, dextrū prēponito, capulū dextra contineto, mediū sinistra pro facie tua, nodū deorsum proclines, mucronem uero sursū, deinde consequutus sinistro pede, gemino impulsu per mucronem facto buculā cassidis hostilis concuties. At si is equali modo te adpetere molitus sit, dextrum itidem anteponentem, capulum dextra continentē in femore dextro, sinistra ensem medium, mucronem uersus hostem, ense leuato, impulsum ipsius ea ratione remoueas in latus sinistrū, inter utrāq; manū, atq; nodo ensis buculā hostilis cassidis impellas. Deinceps abÿcias gladiū, manū sinistram, axillę aduersarÿ itidem sinistræ supponas, eumq; remoueas dextrū pedem, ipius sinistro exterius postponas, inde correpto hostis pede dextro manu dextra, et si fortiter attraxeris, hostē in faciem pronū consternes. Verum subitò pugionē stringas, collum eius retrorsum transfigas eodem, deinde ense eius sub brachio utroq; exertū superrimponito, manibus utrisq; uinculo colligatis iuxta dimicationis consuetudinē et leges antiquas uictorum.

EPIGRAMMA.



SPECTANTES victum certamine cernite iusto
cernite, qui falsos nexuit orc dolos.
Detrectare meis est ausus honoribus ipse,
insidijs nomen dedecorare meum.
Qui me conuitijs onerauit semper iniquis,
intendens famæ crimina falsa bona.
Qui voluit falsam verbis innectere fraudem,
laudibus ut fierent ultima damna meis.
Cuius lingua fuit nigro suffusa veneno,
mistum gestarunt pectora felle virus.
Concidit, et pœnam patitur temeraria lingua,
nomen cæde mihi reddidit ipse sua.
Ecce quid inuidiæ stimuli, quid et odia possint,
ni regat affectus altera habena malos.
Esse quidem potuit, non facta cæde, superstes,
odia gessisset ni nocitura mihi.
Sed nunc exitio raptos mihi reddit honores,
& fuso siccam sanguine tinxit humum.
Nullis ex causis hostilia sustulit arma,
cæsum læserunt crimina nulla virum.
In hanc inuidia tantum descendit arenam,
non aliqua culpa mens inimica fuit.

Consilium falso contra me ficta fefellit,
autori nocuit fraus cogitata suo.
Namq; eo diuino superauit numine victu,
punijt vltrici quem deus ipse manu.
Defenditq; deus nil quicquam iniuste merente,
impedijt structos in mea damna dolos.
Texerunt sceleris purum Deus, ipsaq; virtus,
præsidiumq; tulit pro bonitate DEVS.
Intrepidum nulla torpens formidine pectus
addidit insonti, roboraq; vimq; mihi.
Hoc eo præsidio victor sum, taliter hostis
elaudit in æternam lumina pressa necem.
Pro qua perpetuo nunquam cessura tutela
gratia sit summo gloria, honorq; patri.
Qui cæso sua clementer peccata remittat
delictum mergat vis numerosa maris.
Nam mihi nunc satis est famam redisse priore
defensumq; meum fortiter esse decus.
Sicut nobilitas & clarum nomen auorum
poscit, quod pulchri cura decoris habet.

INDEX EORVM HA"

bituum, qui artificiosas Dimicationum pedestrium formas continet.

A

Applicandi ensis inferne ratio. folio. 8.

Applicandi ensis superne atq; inferne fora. 20.

Appositionis inferæ habitus contra supe, rinjectionem brachij. folio. 10.

Appositionis ratio, addita forma nodj intorquendi. folio. 14.

Appositio contra Auersionem. folio. 19.

Appositiones duę ex latere vtroq;. folio. 22.

Appositionis habitus, addita vellendi hostis ratione de vtroq; latere. folio. 24.

Appositionis effigies cum modo frruendi. fo: 41.

Appositio ex supera Imbecillitate contra Auersionem. folio. 43.

Appositio Infera & Supera. folio. 52.

Appositionis ratio addita Auersione. 55.

Appositiones duę. folio. 56.

Appositio, addito simul habitu puoione manus apiende et is habit' adpositioni opponit. 75.

Apprehendendi hostis gladij duo habit'. 25.

Auersionis habitus contra effigiem, qua pudenda adpetuntur. folio. 57.

Auersiois effigies contra plagą Iœtalem. 62.

Auersio contra plagam Iætalem alia. 65.

B

Buculæ reserandæ habitus p hostis puoione. 60.

C

Cancellatio in forpicis habitu. folio. 36.

Capuli Inyciendi in hostis ensem ratio cum habitu vellendi. folio. 54.

Caput in præcipitandi aduersary ratio. 31.

Custodia supera et infera prima. folio. 5.

Custodiæ laterales duæ de latere dextro atq; sinistro. folio. 6.

Custodia tertia de latere vtroq;. folio. 7.

Custodia ex plaga versus pedem. folio. 66.

E

Ensem per Sternendi modus. folio. 70.

Aliius sternendi habitus. folio. 71.

Eripiendi ensis ratio ex habitu Forpicis, addita simul forma sternendi. folio. 38.

Extorquendi ensis ratio, addito Appositionis habitu. folio. 26.

Extorquendi ensis habitus, adhibito versus caput Impulsu. folio. 40.

F

Forpice ex patenti sternendi habitus. fol: 28.

H

Habitus ex hasta insionis. folio. 2.

Aliius præcedentis habitus. folio. 3.

Habitus in Certamine pedestri excelles. 29.

Aliius precedentis. folio. 30.

Hasta pugnandi rursus alia effigies. 4.

I

Ictus Superus, addito hostis prosternendi habitu. folio. 50.

Aliius sternendi modus. folio. 51.

Imbecillitate ex Superna & Infernaq; ternendi ratio. folio. 72.

Alius sternendi habitus. folio. 73.

Alius item precedentis forme modus. 74.

Instructio, quomodo Dimicaturi certa men ingrediuntur folio. 1.

Intorsio ensis ab vtriusq; latere dextro. 9.

Intorsio, addita appositionis effigie. 39.

Intorsionis superne ratio contra habitu Remotionis. folio. 44.

Intorsionis habitus, addita simul conuer tendi aduersarij ratione. folio. 64.

Intorsio, vnde oladij extorquendi forma exercetur. folio. 67.

Intorsio, vnde sternendi aduersarij ra tio formatur. folio. 68.

Irruptiones due Dimicationis pedestris. 63.

M

Mucronum Intorsiones due. folio. 21.

Mucronis due Intorsionis de latere vtroq;. folio. 37.

N

Nodi Impellendi ratio contra visum hostis, simulq; manus intorquendi habit. 46.

P

Pectus qua fodit punctio, addita ap positione. folio. 18.

Plaga lætalis contra appositione Infera. 11.

Plaga lætalis contra habitu Appositionis. 13.

Plaga lætalis Infera contra Auersionem. 17.

Prosternendi modus in Dimicatione, addi ta ratione, vnde hostis captiuatur. folio. 84.

Prostratus quo pacto humo resurgere possis. 35.

Pubis figendę ratio contra Auersionem, addita sternendi hostis forma. folio. 27.

Pubis figendę ratio contra Auersionem. 42.

Pubis figendę forma contra Intorsionem. 45.

Pudenda quo appetuntur Impulsus contra Intorsionem ensis. folio. 16.

Pudenda quo appetuntur habitus Impulsu pedis, addita plaga letalj. folio. 78.

Pungendi per puoionem habitus, ad hibita hostis sternendi forma. folio. 80.

R

Ratio vnde Adversarius prosterni potest, addita lætali punctione. folio. 82.

R. Alius precedentis formę habitus. 83.

S

Sternendi hostis habitus, addito intor quendi nodi modo. folio. 15.

Sternendi ratio ex Dimicatione pedestri. 32.

S. Alius in Dimicatione pedestri habit. 33.

Sternendi item alia forma. folio. 34.

Sternendi modus addito Intorsionis habi tu. folio. 48.

Sternendi effigies alia, addita pariter Appositionis forma. folio. 49.

Sternendi aduersarij effigies insignis. 58.

S: Alius precedentis modus. folio. 59.

Sternendi aduersarij habitus prestan tissimus. folio. 61.

Sternendi modus. folio. 76.

Sternendi alia ratio. folio. 77.

Sternendi ratio, addita simul punctionis lætalis forma. folio. 79.

Sternendi Dimicando habitus. folio. 81.

Superiniecto ensis, vnde habitus ster nendi formatur. folio. 69.

V

Vellendi aduersarij habitus, simul etiã
prosternendi. folio. 12.

Vellendi habitus addita prosternendi
ratione. folio. 23.

Vellendi ratio, adhibito sternendi modo. 53.

Vellendi forma ex habitu Nodi contra
Impulsum, quo pudenda hostis appetunt. 47.

Vitam aduersario adimendi vltimus
habitus. folio 85.

DIMICATIONES PEDESTRES,

ubi athletę ensibus longis ũtuntur, et armis

J

ENSEM dextra in capulo contineas, atq; sinistra medium, inde in conspectum aduersarij prope concedas, & eam ob causam cogetur uel ferire uel pungere, tu autem in primis curato, ut preuenias, animo forti et loeto hostem adgreditor, semperq; prope consistas.

INTERNE faciem hostis adpetito mucrone, id si is destruere conetur, eum statim transmittas, atq; externè mucronem uisui ipsius adponas, cum etiam eum habitum repellat, et mucronem reijciat, tum conuerso nodo ensis tui super aduersarij dextrum humerum, dextro pede per sinistrum hostis transilias, et inde supinum sternas.

SI quispiam collo tuo nodum ensis adiunxerit, tu sinistram manum ab inferne sursum intra aduersarij brachium utrunq; subleues, atq; inde in latus dextrum tuũ si te conuerteris, per coxam hostem precipites.

ITEM si aduersarius collo tuo nodum ensis sui inijcere conabitur, tum sinistra porrecta, capulum retro dextram ipsius manum corripito, eumq; correptum subtrahito deorsum, inde uero ensis mucronem, ubicũq; uolueris, hosti adplices

SIN autem is tuũ corripuerit nodum, tunc nodum torqueas tuum

ab infernè ſurſum manu ſiniſtra, id autem externè fiat, dextro pede progreſſus, medio enſe tuo brachium hoſtis loeuum impellas.

SECVNDVS HABITVS

RVRSVS mucronem contra uiſum aduerſarij propellito interne, atq; ſecundo te prepares, quaſi uiſum pungere ipſius uelis, uerum mutato propoſito eum tranſmittas, atq; externè uiſum aduerſarij adpetito. Sin autem is id prohibeat, tum pedem dextrum, ipſius ſiniſtro poſtpomito, atq; capulo enſis, axillam eius ſiniſtram impellas, inde ſi interne ſurſum urgeas, aduerſarius concidet.

DESTRVCTIO PRÆCEDENTIS

SI quis habitum ſuperiorem contra te exerceat, tu ſiniſtrū pedem referto, atq; impulſum ipſius intra manū utranq; enſis medio excipito, inde autem nodum ab infernè ſurſum inter aduerſarij brachiū utrunq;, ſuper ſiniſtram ipſius manum torqueto, pòſt ſi id perfeceris, ſiniſtrū pedem, ipſius dextro poſtponas, inde ſi gladios ambos collo hoſtis impuleris, partes potiores obtinebis.

ANTECEDENTIIS DESTRVCTI.

QVVM aduersarius tuo utrunq; ensem collo adplicare conetur, dextro pede strenue atq; solide resistas, inde remota à capulo altera manu, dorsum dextro brachio circundabis, atq; si attraxeris, uicto- riam tu obtinebis.

TERTIVS HABITVS

MVCRONEM rursus contra uisum aduersary porrigito interne, atq; in secunda punctione, qua hosti minaris, mucronem transmittas, et externe uisum adpetas.

SIN autem hostis conatu istu remoueat, tuc sinistru pede, utriq; ipsius pedi interponito, nodu ensis tui superinijcias pedi eius sinistro externe, atq; hostis popliti inijcias, ueru inde si humero sinistro su- perne aduersariu adgraues, atq; totis uiribus sustuleris, in latus ipsius sinistrum reprimas.

DESTRVCTIO SVPERIORIS

SI quispiam nodum popliti tuo inijcere conabitur, eiusde brachiu

ſecundum manum ſiniſtram, manu item tua ſiniſtra amplectitor, atq; dextra ab inferne ſurſum directa cubitum corripito, ea tamen ratione ut digiti ſuperne conſiſtant, atq; hoc modo pronu proſternes.

QVARTVS HABITVS.

QVVM aduerſarius interne uiſum tuu appetierit mucrone, tuq; uiciſſim pari modo pupugeris, tunc in primis curato, ut enſem eius medium altera manu corripias, atq; celeriter mucrone, hoſtis apponas ſiniſtre axille: at ſi eum conatum auerterit, nec non uiciſſim tuu gladium interceperit, tum ex ratione uellendi, ut iam ſubſequenter deſcribetur, cum hoſte concertato.

PRIMVS VELLENDI HABITVS

INTERNE uiſum hoſtis adpetito, et ſi id prohibeat, auertatq;, tunc in latus ſiniſtru tuu nodum retorqueas ab inferne, ſurſu in ipſius enſem mediu inter utranq; aduerſarij manu, inde aute pro uiribus ad te conuellas, atq; eo impetu ſiniſtra manu hoſtis ab enſe ſuo medio auelles, inde igitur pubem ipſius pungas. Sin autem is ta fortem ſe preſtet, ut ſiniſtram ab enſe remouere nequeas, rurſus nodu

ensis tui ab inferne in latus dextrum tuu torqueas, atq; super manu
sinistram aduersarij trajcias eum, inde autem impellendo latus
ipsius sinistrum ense stricto, ipsum repellas.

SECVNDVS HABITVS PRE-
cedentis.

RVRSVM hostis uisum interne mucrone ensis tui adpetas,
nec non pari ratione nodum in latus sinistru tuu torqueas ab inferne,
sursum super ipsius ensem strictum intra manu hostilem, atq; totis
uiribus adtrahas, inde autem ex ea compositione pudenda hostilia
pungito. Sin uero is ensem tuu excipiat, tu itidem ipsius, ita ut enses
utriq; sint ab utroq; intercepti, tu nodum ensis tui, lateri hostis dex-
tro injcias, post confestim dextru pedem, aduersarij sinistro post-
ponas, dorso correpto latu digitu eum subleues humo, atq; si dextro
pede, hostis talum dextri pedis concusseris, in latus dextru ipsius
aduersarium prosternas.

TERTIVS VELLENDI HABITVS

PARI ratione ut supra commemoratum est, in hoc habitu,

utitor, et ſi rurſum gladij utriq; capti ſint, pariter ut antea nodum dextro hoſtis lateri injcias, dextrumq; poſtponas, aduerſarij ſiniſtro pedi, inde manu dextra natium alteram corripito, ſiniſtram uero ab infernè ſurſum directam maxillæ hoſtili adplices, pòſt ſi infernè ad- traxeris, ſupernè autem propuleris, ſupinus concidet aduerſarius.

QVARTA DESTRVCTIO

CVM quiſpiam maxillę tuę ſiniſtram manū ſuppoſuerit, nec non alteram natium, ſcilicet ſiniſtram corripuerit, atq; ſupinum ſternere conetur, tū ſiniſtram manū, ipſius item ſiniſtrę ſuperimponas, digitos ipſius corripito, inde ſiniſtrorſum conuertas eandem, dextram uero ſi hoſtis cubito ſiniſtro adplicaris, pondus illi auferas.

QVARTA VELLENDI RATIO

ITEM ſi rurſum glady utriq; intercepti ab utroq; fuerint, pari modo (ut ſupra) nodo utitor, et dextrum pedem conſimiliter, ipius ſiniſtro poſtpomito, cubitum inde ſi aduerſarij alterum corripueris manu ſiniſtra, pondus hoſti auferas.

QVINTVS HABITVS VELLENDI

4

SI mutuò gladios alter alterius cęperitis, tum ſub utroq; tranſmittas te ſiniſtrorſum, atq; ea ratione hoſtis enſem in tuã poteſtatem rediges, nec non tibi eũ concedere cogetur. Sin aũt reſtruarit, tibiq; tuũ permiſerit, confeſtim quaſi pubem ipſius pungere uolueris te prępparato, Si igitur te remouerit manuq; ſiniſtra enſem tuũ adprehendere conetur, tũc ſub enſe ipſius in latus dextrũ pungito, regendo ſuper brachiũ dextrum pectori adiunctum, ea ratione ex manu eius enſem extorſiſti, et mucro ne contra hoſtem utendo poſtea ipſius enſem reijcias, inde autem in ſupernam cuſtodiam tu enſem attollas.

SVPERIORIS DESTRVCTIO

SI quiſpiam contra te ſuperiorem habitum uolet exercere, atq; ſub ambobus enſibus ſe traijcere conetur, tum utroq; gladio collum ipſius urgeto, et ſecurum te reddito.

ALIA DESTRVCTIONIS

eiusdem ratio

CVM quiſpiam habitum ſorpicis contra te exercuerit, tu dextra manu ab inferniè ſurſum directa, capulum aduerſarij retro dextram corripias ea conditione, ut digitorum ungues ſupernè conſiſtat, poſt

conuerſo enſe ſiniſtrorſum, te etiam contra hoſtem ſiniſtrorſum conuer-
tas, inde inſuper nodum enſis tui externè dextrę aduerſarij ſuperinijcias,
atq; nodo capuloq; ipſum quaſsato, ubicunq; uolueris.

SEXTVS HABITVS VELLENDI

QVVM utriq; enſes rurſum fuerint capti, tu reiecto enſis nodo ſiniſtrorſum, dextrum pedem, hoſtis ſiniſtro poſtponito, atq; alteram manum ab inferne directam ſurſum dextrę axillę eius ſubijcias, inde ipſius enſe ſi ſuſtuleris, hoſtem in latus dextrum proſternes, atq; is p-
cedentium habituum in uellendo optimus eſt.

ALIVS QVIDAM HABITVS

SI quis pubem tuam pungere conetur, idem et tu uiciſſim facito, ſecun-
da uero punctione è ſuperne deorſum, manum ipſius hoſtis ſiniſtrą pun-
gito intra ipſius utrunq; brachium, nodum uero enſis in latus aduer-
ſarij dextrum ab inferne ſurſum torqueas, inde ſi dextrum pedem,
ipſius ſiniſtro poſtpoſueris, per coxam aduerſarium precipites.

DESTRVCTIO SVPERIORIS

QVVM aduersarius habitum superiorem contra te exerceat, eam manum, qua medium ensem contines, remoueas ab ense, manumq; sinistram super scapulam hostis superinijcias, sed inde rursus gladium tuum medium adprehendito, pòst si eum uersus te appressseris, ab eo te conferas in latus dextrum tuum.

ALIVS HABITVS

SI hostis tecũ ex alto concertet, uisumq; mucrone adpetat, tũ mucronẽ tu ab inferne sursum inter hostis brachium utrunq; super ipsius humerũ sinistrũ dirigas, inde manu altera ipsum retro sinistrã manũ corripito, et capulũ ensis tui in humerũ sinistrũ tuũ reijcias, tũ manũ dextram cubitoaduersarij sinistro subijcito, atq; totis uiribus ab inferne sursũ pellas inter ipsius brachiũ utrunq;, pondusq; auferas, et ea ratione ensis remanet sub brachio eius sinistro intra utriusq; uestrũ utrunq; brachium.

ALIVS HABITVS

ITEM si aduersarius rursum alte tecũ pugnet, pari ratione (ut paulo supra est prędictum) utitor mucrone, atq; ab ense medio sinistra manu remota, eam superrinijcias ensi hostili, pòst rursus ensem tuum mediũ adprehendito, et per collũ dorsumq; aduersarij utrunq; gladium

proijcias, in poplitem ipſius utrunq; inijciendo, pòſt ſi inferniè ad te con-
uellas, capite autem pro uiribus ſuperniè propulerís, hoſtem ſupinum
proſternes.

DESTRVCTIO ANTECEDENTIS

QVVM hoſtis prędictum habitū contra te uolet exercere pari ratio-
ne utens enſe utroq;, tum per dorſum manū dextrā regendo ſiniſtro la-
teri hoſtis inijcias, ipſum inde dextro pede tuo antecedas, atq; per coxā
eum prącipites. Is etiam habitus deſtruendi utriq; exerceri poteſt.

ALIVS HABITVS

INTERNE aduerſarij uiſum pungito, et enſem ipſius medium
corripito, tuoq; eum adiungito manu ſiniſtra capeſſendo, nodum uero
enſis tui ab inferniè ſurſum ſuper manum ipſius dextram torqueas, &
totis animi uiribus attollas dextrorſum poſtea uellendo, atq; eo modo
enſis tuus in dextro brachio tuo recumbet, is habitus ereptio enſis di-
citur.

ALIVS

SI alicui incurrendo adpropinques, tum externè uiſum ipſius pungas, ſiniſtra manu inter hoſtis manum utranq; inſerta, mediũ enſem ipſius corripito, inde reiecto enſe tuo, dextra item retro ipſius ſiniſtrã gladiũ eius adprehendas, dextra autem hoſtilem gladium ad te quantum pote-ris comprimito, lateri dextro tuo injiciendo, manum uero ſiniſtram è ſuperne deorſum brachio utriq; hoſtis interſeras, atq; hoc modo gladiũ ipſi extorquebis.

DESTRVCTIO SVPERIORIS

QVVM quiſpiam ſupra commemoratum contra te exerceat ha-bitum, tum dextram manũ retro ipſius manũ itidem dextram collo-ces, ſiniſtram uero ſi retro cubitum ipſius aduerſarij dextrum appli-caris, tum dorſum tibi hoſtis prębere cogetur.

ALIVS HABITVS

SI alter alteri enſem extorquere molitur, tũc in primis curato, ut ſiniſtram retro dextram in aduerſarij capulo habeas, dextra uero ſit enſi medio applicata inter eius manũ utranq;. Verũ pòſt ſiniſtra, dextram ipſius contineas, dextram uero ab inferne ſurſum brachio itidem hoſtis ſubijcito, atq; dextrum pedem, eius ſiniſtro poſiponito,

Sin is pedem attraxerit, tu interponas pedem tuũ, utriq; hostis pedi, et deinde brachium eius, manu sinistra sinistrorsum abs te remoueas, tum etiam dextra manu, aduersarij dextrũ brachiũ uersum te attrahito totis uiribus, interne autem sursum in latus dextrũ tuũ.

SEQVVNTVR PLAGE

mortifere seu loetales

IN primo superioris formę scilicet mortiferę plagę habitu proximè ad illum, qui tecũ est concertaturus, accedas, atq; quasi interne punctfurus sis uisum aduersarij simulato, inde dextrã ab capulo ensis tui remoueto, et tum auxilium sinistrę laturus, medio ensi applices eam, atq; nodum, crucẽ, uel capulũ capiti ipius illidito.

SVPERIORIS DESTRVCTIO

SI quispiam supra dictum modò habitum contra te exerceat, tum plagam aduersarij medio ense tuo intra manum utranq; tuam excipito, inde nodum ensis tui in latus sinistrum tuum torqueas super hostis capulum, et si attraxeris uersum te, ex manibus ipius ensem extorquebis.

ITEM rursum interniè uisum ipsius pungere conator, atq; rursum manum à capulo remoueto, et rursus manu utraq; ensem medium corripito, inde etiam ipsum sinistro humero capito.

SECVNDVS HABITVS

plagę mortiferę

PLAGAM intra manũ utraq; ense medio excipito, atq; nodo ensis tui, ipsius hostis capulum retorqueas, de superniè deorsum, inde si pro uiribus attraxeris, rursus ensem extorquebis ut antè.

TERTIVS HABITVS ANTE

cedentis

EA plaga, tertij scilicet habitus, sinistrum hostis cubitum concutias, uerum si eum habitum destruere uoles, pari ratione utitor, qua precedentes destruxisti.

QVARTVS

EVM hoc modo exerceto, te, quasi uisum aduersarij uelis pungere,

preparato, uerũ proposito mutato maxillâ sinistrâ nodo ensis tui quassato.

SECVNDA DESTRVCTIO
contra

SI quis concusserit tibi maxillam sinistram, tum plagam hostilem in-
tra manũ utrang, ense medio excipias, nodo uersus terrã conuerso, atq;
ab inferne torqueas in latus dextrum tuum, inde si retrorsum pepuleris,
ensem hosti extorquebis.

QVINTA PLAGA MOR-
tifera

RVRSVM simulato, quasi uisum aduersarij sis punctiurus inter-
ne, uerum ipsius talum pedis inferne concutias.

DESTRVCTIO

SI aduersarius talum quassare tuum conabitur, tum iuxta nodum de-
seras ensem tuum, atq; capulum si deorsum demiseris, eodem plagam
hostilem excipis, uerum post subito dextro pede retro ipsius hostis latus

simistrum resilias, et ea conditione dorsum is prębere cogetur.

QVATVOR ADPOSITIONES

QVAM

proximè ad hostem accedito, atq; mucronem uisui appo-nas hostis uel collo, uel pectori, aut si mauis mucronem sinistrę axillæ supponas.

DESTRVCTIO

CVM

hostis pectori tuo mucronem adposuerit, tuc sinistra manum ex supernis deorsum dirigas, atq; ensi ipsius superimponas, eumq; iuncta mucronem firmiter teneas, inde autem retro hostis predem simistrum punctionem dirigas, propenso inde uel propulso pectore tuo, postea corpus tuũ ex ipsius mucrone auertas, inde autẽ simstrã manu si super tuũ ensẽ porrexeris, uisui uel pectori ipsius mijcias retrorsum.

ITEM

si rursum aduersarius tibi mucronem adposuerit, atq; tu ui-cissim, tum retro ipsius chirotecam punctionem tuam dirigas, atq; pro-gredere in latus sinistrum tuum.

DISSOLVTIO

CVM utriq; mutuò uobis mucrones ensium adposuistis, tùc sinistram manu externè, aduersarij manui itidem sinistræ superinjcias, contracto mucrone ab infernè contra hostis latus sinistrum pungito.

SIN autem mucronem pectori tuo hostis admouerit, atq; te urgere cupiat, tum super brachium hostis sinistrū de supernè deorsum intra manum ipsius utramq; punctionem dirigito.

ANTECEDENTIS

solutio

SIquis eū habitu contra te exerceat, manu tu sinistra ab ense tuo medio remoueto, hostemq; sinistro pede antecedito, et rursus ensem tuū medium adprehendito, inde si eum uersum te admoueris, atq; in latus dextrū tuū te contuleris, hostem facile prosternis.

QVATVOR CVSTODIE,

in dimicatione pedestri, ubi armis inducti athletæ dimicant

PRIMA custodia hæc est, ensem manu utraq; corripito, eūq; totis animi uiribus concutias, deinde in mucronem pendentem te prepares iuxta aurem dextram, atq; uisum aduersarij pungas, uel ubicūq; uolueris.

Sin autem is eũ habitũ remouerat, retracto enſe, punctione tranſmittas, et collo ipſius, tuũ mucronẽ apponas, id ſi perfeceris, enſem tuũ ſub axillã tuam ſiniſtram recondas, et ipſum ea ratione abs te coartando abigas.

ALIA RATIO

COLLVM aduerſarij pungere conaberis, ſin is mucrone ſuo de manu ſiniſtra impetũ tuũ remouerat, tũ manu ſiniſtra, hoſtis enſi iuxta mucronẽ ſuperimponas, atq; punctione ipſius repellas, inde autẽ dextra manu totis uiribus teſticulos aduerſarij fodito, at ſi is eam punctionem obſeruarit, et uicißim enſem dempſerit, tum enſe tuo ante pedes ipſius reiecto, idem brachiũ quod enſi tuo ſuperiniecit, corripito, atq; diſrumpito ſicut in ſuperioribus es inſtructus.

PLAGE QVÆ APELLATIONEM à tonitribus ſortite ſunt.

EX ſuperioribus cuſtodijs poteris aduerſarij caput nodo enſis tui quaſſare, uel prioris pedis poplitem: Sin autem hoſtis te remouerit, cum poplites pulſare conaris, atq; ſuperne uim inferre molitur, tum impetum hoſtilem capulo tui enſis excipito, atq; inde mucronem uiſui ipſius adpomito.

OBSERVATIVNCVLA

VBICVNQ

nodo feritur, id appellatur plaga ex tonitru nominata, etiam buculam hostis hoc habitu, scilicet nodo concutere poteris, idq; maximè licebit.

OCCVLTVS QVIDAM

habitus

SI aduersarium quempiam in septis muitum circunducere uoles, tum digitum aliquem manus simstrę aduersarij corripito, atq; sursum attollas, uel si mauis, manus ipsius pungere molitur, manuq; ensem sursum tollas, atq; ex circulo hostem ducas: is habitus bonus est et occultus.

RATIO PROSTERNENDI

hostis

SI aduersariũm prosternere cupias, qui adposuit ensem tibi, tum manũ simistram, ipsius item simistrę superinĳcias, pondusq; iuxta cubitum eius sinistrum auferas.

DESTRVCTIO

PRÆDICTVM

habitum si aduersarius usurpare cona-

bitur, tum manum eius anterius iuxta iunctũram enſe tuo tollas.

SECVNDA CVSTODIA

GLADIVM utraq; manu corripias, et ſupra genu contineas, atq; inde ad hoſtem concedas. Cum aduerſarius inferne te pungere conabitur, tũ illũ non prohibeas, ſed uiſui, ipſum mucronẽ adponas.

SIN autem ſuperne te mucrone fuerit adgreſsus, uel uiſum uel aliam partem pungere ſtudeat, eum impetum remoueas, atq; eundẽ anteriori enſis parte repellas: inde autem mucronem tuum uiſui ipſius uel collo adiungas, póſt ſi enſem ſiniſtræ axillę tuę iniecerís, coartando progreditor.

VEL ſi mauis inter utranq; manum tuam, hoſtilem impetum excipito, nodum collo ipſius circumjcias, inde ſi pedem dextrum ipſi prępoſueris, eum deijcias.

DISSOLVTIO

BRACHIVM hoſtis obſeruato accuratè, idq; retorqueas,

ut disrumpatur.

VEL capulo sublato super manum ipsius hostis prepositam, inde si ipsum attraxeris, subleues, atq; adponas.

VEL potius ensem transmittas, atq; hostis impetu excipito nodo.

DESTRVCTIO SVPERIORE[M]

habitu hoc modo excipito, accuratè observato nodum manu sinistra, in dorsum inde ensem impellas, atq; post pubem ipsius pungas.

TERCIA CVSTODIA

ENSEM manu utraq; adprehendito, atq; in habitu librae consistito ex latere dextro, ea conditione, ut pes sinister sit prepositus, Et si aduersarius punctionem in te direxerit, uel nodo te uerberare, uel adponere conatur, tum manum prepositam pungere studeas.

VEL mucronem ensis tui, hostis manui atq; ensi traijcias, depres-
so inde deorsum nodo, illi mucronem adponas.

AVT nodo ensis tui, cubitum aduersarij prepositum quassato.

VEL etiã cubitũ infernè concutias hostilem, post arrepto rursum
ense medio, supra genu postea uel sub axilla dextra recumbat.

CVM autem tuũ ensem mediũ aduersarius adprehenderit, quod
plerũq; fieri solet ex ignauia, quę fortitudini contraria est, tu sursũ
tendas

SI N uero cuspidem corripuerit, tunc ensem supra caput eleuato, atq;
adprehenso ense manu utraq; uersum te adtrahas, et manum prepo-
sitã uel poplitem pungere studeas, inde uero rursus medium ensem
corripito, atq; rursum genu in custodiam superimponas.

QVARTA CVSTODIA

ENSEM sub dextram axillam conuertito, atq; ad hostem appo-

nendo mucrone accedito, eumq; uisui ipsius adponito: at si is id prohi-
beat, tum collo adponas uel humero, uel etiam mucronem axillę eius
injcito, et ea ratione hostem abs te repellito. Id aũt tibi obseruandum
est, si adposueris hosti, ne ipsum recedere impunè permittas, et ita fiet,
ut neq; ferire neq; pungere possit, nam subito ea ratione preuentus est.

QVATVOR locis adponere studebis, uisui, collo, humero sini-
stro, atq; inferiè dextrę axillę, atq; his habitibus prędictis ipsum hostẽ
abigas.

SI aduersarij lateri dextro adposueris, tu recedas pede sinistro, si aũt
sinistrum ipsius latus appetieris, tu dextrũ referas, inde progreditor,
atq; hostem in alterũ latus agas, id si effugerit, cassidem pulsabis super-
nè, et ea ratione infirmabitur hostis, quando ex ea parte omnes sumus
imbecilliores.

HOC etiam diligenter obseruato, si hosti apposueris, atq; ipse statu-
ra longior te est, rectà atq; equaliter reprimas ante te ea conditione, ut
mucro sursum uergat, atq; hostem quacunq; ratione poteris, abigito.

SIN autem aduersarium tu statura superaris, tum ensem altera ma-
nu porrigas usq; in coxam dextram, atq; ex ea forma sursum dirigas
mucronem, et sub costas condes, curabis autem ne ipsum recedere per-

mittas, si igitur nodo laborare studeat hostis, tum animaduertas instan-
tiam mucronis, et inde fiet, ut is nullos habitus exercere possit.

DESTRVCTIONES
contra adpositiones

EAS hoc modo destruas, inferiè manu ipsius hostis pungito, quam præposuit in ense medio, atq; eo modo aduersarium educas ex circulo, in quo consistit.

VEL punctione super ipsius manu præpositam dirigas, et ensem com-
primas, depresso nodo deorsum illi adponas.

VEL impetum hostilem intra manu utranq; tuam excipito, nodo inde
ensis tui collum impellas, postea uero si dextrum pedem, ipsius sinistro
postposueris, per eundem prosternas.

POTERIS etiam aduersarium mucrone excipere, atq; post uisui
mucronem adponere.

VEL etia si transmiseris ensem, hostilem impetum auertito.

SIN hostis super ense medio capulum conuerterit, superne digitos ipius pungas, mucrone sursum directo.

DESTRVCTIO CONTRA adpositiones

INFERNE per manu aduersarij pungas regendo ensem super ensem ipsius, atq; si nodum sinistre manui eius superiecceris, eoq; habitu depres-seris, hosti mucronem adponas.

SI quispiam collo tuo nodum ensis sui circumjcere uoluerit, per humeru dextrum traijciendo, tum manu sinistra cubitum aduersarij corripito, et eum propellas abs te, atq; retrorsum dextra manu totis uiribus ipsum pun-gas. Vel manu dextra, ipsius hostis itidem dextram adprehendito, atq; si-nistra cubitum eius attollas, pondusq; ipsi auferas.

ITEM hostē ad te attrahas adprehensa ipsius dextra, ilia pōst circum-dato, atq; latus ipsius lucrifacito, inde si nonnihil sustuleris, pedemq; ei excus-seris, hostis concidet. Atq; is habitus magnopere athletis probatur.

SI hostis contra te pugnat, tu uicissim pariter cum ipso pungito sinistrū latus adpetendo, tū etiā ensem ipius, tuo ensi sinistra manu adiungito, dextrā autē inferne trāsmittas sub ipius ense, atq; ensibus utrisq; aduersarium quassato.

13

SI quispiam tibi mucronem adposuerit, tuq; uicissim ipsi, eum tu hac ratione repellas, uel eius impetum destruas, hosti adpropinquabis tanquam sis cum ipso colluctaturus in ipso latere, cui is adposuit, sinistra manu inde ipsius ensem iuxta mucronem corripito, mucrone ipsum si attraxeris, latus ipsius lucrifacies.

SI cui uisum punxeris ex inferiori custodia de latere dextro, atq; ense tuũ contigerit manu sinistra, ut supra prędictum est, ante tuam sinistram, dextra sublata, ipsius ensem manu sinistra extrinsecus super manu eius sinistra abigas, atq; ipsi mucronem adponas.

HOC etiam scito, quod omnes supernę adpositiones eludant et resoluant inferiores adpositiones, atq; in omnibus adpositionis habitibus semper capulum ensis sub axillam dextram torqueas in custodiam, eaq; ratione anteuersum luctari pro uiribus memineris.

ALIA ADMONITIO

SI alicui uisum punxeris ex custodia superna, et sinistram manum ensi tuo aduersarius iniecerit intra manum utranq; tuam, tũ nodum ensis intra brachium ipsius utrunq; trajcias interne sinistrorsum, inde

ſi in dextrum latus ſuſtuleris, mucronem ei adponito.

SIN autem aduerſarij uiſum ex inferna cuſtodia punxeris de latere dextro, et is ſiniſtra manu enſem tuũ intra utranq; manũ tuã corripere conabitur, tum nodum enſis externè brachio hoſtis ſiniſtro torquẽdo ſuperinijcias, pòſt ſi ipſum in dextrum latus tuum egeris, ipſi mucronẽ adponas. Is habitus eſt optimus.

CVM alicui adpoſuiſti mucronem, et is fortiter reſiſtit ut nequeas aduerſarium ulla ex parte urgere, atq; is ſub enſe ſuo ſiniſtra manu traiecta tuã ſiniſtram itidem corripiat, et pondus auferre conetur, tu, dum brachium hoſtis tuũ retorquet, ipſius axillę ſi adpoſueris ſiniſtrę, partes potiores obtinebis, et quantumuis fortis ſit aduerſarius, tamen cedere tibi hac ratione cogetur.

SIN autem pariter cum aduerſario punxeris ex inferna cuſtodia de latere dextro tuo, et tu fortiter enſem teneas, isq; uiciſſim, tũc manu dextra nodo ſublato, manu ſiniſtra mucronem ſupra brachiũ ipſius ſiniſtrum pectori hoſtis immittas, uel axillę ſiniſtrę atq; ipſi adponas, et ſemper adpoſitionis habitum ſub axillam retorqueas in cuſtodiam.

SEQVVNTVR NVNC HA" bitus aliquot, quibus doceris, qua ratione sit utendum contra prostratos

SI hostis concidat, tu pariter semper cum ipso corruas dextrorsum, et dextrum genu interponas utrisq; ipsius pedibus, simistram collo ipsius circumijcias, uerum ne nimium uelox sis curabis, atq; inde ipsius pugionem corripito, tuu uero ne educas misi ipsum certo fueris complexus, sin autem is tuu adprehendere conetur, tuc manu eius pugas.

ALIA SVPERIORIS FOR" me effigies

BRACHIVM aduersarij inter pedem utrung; tuu interponito, transuersumq; te super ipsum colloces, et teipsum totis uiribus extendas, nec non pedes arcte comprimas, simistra inde manu, brachiu ipius corripito itidem simistru, deinde si pro uiribus contineas, contra ipsum pugione concertato, qm dextra manu contines, et is habitus utringz exerceri potest.

ALIA

SI cum hoste concidis, in ipso casu curato, ut iuxta ipsum cadas, atq; sub axilla simistra tua caput ipsius amplectitor, ut collum planè sit captum, corpore autem tuo supernè faciem urgeto, atq; dextra manu quicquid uolueris, usurpato.

Alia

Quum hostis supinus concidat, tunc utriq; eius pedi, genu dextrum interponas tuũ, dextruq; ipsius brachiũ in poplitem sinistrũ pedis tui reijcito, teq; ipsum super eum colloces, deinde manu ipsius sinistra, dextra correpta, collo ipsius eam subprimas, ipsumq; hostem fortiter sinistra manu, dextra autẽ pugionem continens cum ipso concertato.

Alia

Si hostem supinũ prostraueris, tũ sinistro genu brachiũ eius dextrũ urgeas, dextra uero collo anterius ipsi adijcias, uehementerq; ipsum urgeas.

Alia

Si hostis supinus concidat, tũc paulo infra genua pedẽ ipius utriq; manibus tuis utrisq; corripito, inde eos sursum attollas, et genu alterum, pedibus ipsius interponito, pudendisq; applicato, tũ utrosq; aduersarij pedes altera manu tantum contineas, atq; sinistra, qua pugionẽ contines, contra ipsum concertes.

Poteris etiã si uolueris guttur eius urgere sinistra.

ITEM brachium dextrũ transmittas, et idem collo circumijcias.

QVID AGENDVM SIT,
si aduersarius pronus concidit

DEXTRVM genu applices hostis ilijs, sinistra capiti hostis su-
perniecta, buculã eius anterius corripito, sursumq; tollas, genu aute
deprimas. Sin uero ipsius bucula fuerit aperta, tum digitos tuos ipsius
oculis admoueto, uel manu utraq; Cristam seu partem cassidis su-
premã corripito, inde si suppresseris, rursum pronus corruet.

ALIA FORMA

SI igitur aduersarius rursum pronus concidat, tũ genu tuo brachiũ
in ipsa iunctura hostis si urseris, sursum attollas.

ITEM cũ hostis supra uentrẽ recũbit prostratus, tũ supra ipsum
tu consideas, brachia ipsius postea si cancellaris, ea infringes.

ITEM humeris ipsius insideas, atq; sursum attollas.

MODI RESVRGENDI
in dimicationibus

SI aduersarius buculam cassidis tuæ corripuerit digitis, cu fuerit aperta, manum sursum regendo, cum pronus iaceas, tum si sinistra manu, ipsius itidem sinistram concutito, uel dextra, hostis dextram, et adprimas, inde si caput tuum deorsum dimiseris, manibus et pedibus resurgere conaberis.

ALIA EFFIES

MANV sinistra, aduersarij itidem sinistram adprehendito, uersumq; te attrahas, supinus concidas, dextra autem alterum ipsius corripito pedem, inde eum si sustuleris, resurgere licebit.

HABITVS SI SVPINVS
concidis

SINISTRAM manum pectori admoueas, et si aduersarius supra te corruit, tum sinistram manum cubito ipsius sinistro applices, dextram uero genu sinistro aduersarij subijce, sursum leuabis, inde in ipso casu si corpus sustuleris, quam celerrimè, resurgere poteris.

ALIA DESTRVCTIO

SINISTRVM brachium, aduersarij collo circũjcias, dextro pede ipsum contineas, dextra manu adiutrice.

SIN autem prędictum habitum exercere non poteris, atq; is contra te pugnet pugione, semper in alterum latus declinabis, inde si alterum brachium liberare poteris, tum manum tuam ipsius manui, qua pugionem continet, subjcias, manuq; concludas, igitur cum manum hostis adprehendisti, dextram cubito ipsius sinistro admoueto, atq; sursum leues, genu uero dextrum uersum te adtrahito, et imprimis curato, ut eum abs te propellas.

OPTIMVS HABITVS

captiuandi hostis

DEXTRA manu, brachium itidem aduersarij dextrum retro manum adprehendas dextram, sinistra iuxta cubitum dextrum pondus hosti auferas, atq; inde dextra manu, brachium eius dextrum impellas super sinistrum brachium tuum. Postea retro ipsum concedas, totis uiribus hostem ea ratione cõtineas, et si ipsum non prostraueris, dextro ipsius pede secundum genu correpto ipsum deijcies.

OPTIMA ADMONITIO

QVVM aliquem prostraueris, tum foramen magnum in tunica aduersarij conscindas uel rumpas, atq; pugione bucula ipsius fodias, neq; illum dimittas, is habitus commodus est si in Cœno uel pulueribus concertes, ut pulueres uisui ipius abunde inspergas, uel effossa humo pugione, buculam eius conspergas uel uisum.

ALIA EXHORTATIO

seu instructio

SI hostem nulla ex parte nudum esse conspexeris, tum rursus uel ex tunica uel calligis eius rupturam facito, inde ligulas omnes, quę apparent discindas, atq; ibidem aliquid inuenies, quod pro te faciet, uerum accuratè ipsius aduersarij pugionem obseruabis, ne eo ipso te lœdat.

IPSIVS etiam cor, nodo tuo concutere poteris, uel humeros quassare, ut prostratus est, uel alias corporis partes.

HOC etiam obseruato in progressu, talum ipsius hostis infernè

uel supernè ut impellas, atq; dextra manu supernè in ipsius latus alterum adtrahas.

NVDITATES ea ratione acquiras, uisum, dorsum, inter-
scapilium, axillas internas, pubem, atq; alias corporis partes
et membra rimator.

INDEX HVIVS LIBRI

A

Accesio prima ad hostem. . 1. .

Appositiones quatuor cum de-
structionibus. . . . . 8. .

C

Custodiæ quatuor armis indutor. 8. 2.

Custodia secunda cũ destructiõe. 10. .

Custodia Tertia. . . . . 10. 2.

Custodia quarta. . . . . 11. .

D

Destructio primorum duorũ
sternendi modorum. . . . . 2. .

Destructiones cõtra appositiões. 12. .

H

Habitus secundus sternendi ho-
stem, eiusq; destructio. . . 1. 2.

Habitus tertius dimicandi cũ
destructionibus. . . . . 2. .

Habitus quartus dimicandi. 2. 2.

Habitus aliquot vellendi cum
ſuis deſtructionibus incipiũt. 2. 2.

Habitus primi duo ſternendi
hoſtem. . . . . 1. .

Habitus optimus captiuandi
hoſtis. . . . . 16. .

M

Modi reſurgendi. . . . . 15. 2.

Modi contra proſtratos. . . 14. .

N

Nuditates. . . . . 17.

P

Plagæ Mortiferæ cum deſtru,,
ctionibus. . . . . 6. 2.

Plagæ Tromtruorum. . . . 9. .

Q

Quid hoſte procumbente agendũ. 15. .

R

Ratio proſternendi hoſtis. . 9. 2.

EPILOGVS.

ERGO NE NIMIVM VOLVMEN HOC NOSTRVM PROGREDIATVR, SED IVSTVM ET DEBITV FINEM ACQVIRAT, OMNIA QVÆ DE ARTE GLADIATORIA DI" CENDA FVERVNT HIS DVOBVS LIBRIS ABSOLVIMVS, ET COMPLEXI SVMVS, AC MAXIMIS MAGNIFICIS ET NVME" ROSIS SVMPTIBVS ET IMPENSIS EGO PAVLVS HECTOR MAYR CIVIS AVGVSTANVS, SVMMA CVRA ET DILI" GENTIA, SVMMQ, STVDIO EXQVISITISSIME CONGESSI, ET IN LVCEM ÆDIDI,

OMNIBVS AVTEM HOMINIBVS, CVIVSVNQ, LOCI, ORDINIS, DIGNITATIS EXISTIMATIONIS, VEL AVTHORI" TATIS ÿDEM FVERINT, QVORVM MANIBVS HI LIBELLI CONTRECTABVNTVR, STVDIVM MEVM OMNISQ, GEN" ERIS OFFITIA, CVRAM OPERAM, DILIGENTIAM, ET INDVS" TRIAM QVÆQ, IN MEA SVNT POTESTATE HVMANISSI" ME, ET AMANTISSIME DEFERO: EOSQ, VEHEMENTER, E" TIAM ATQ, ETIAM ROGO, ET ORO, VT PRO SVO QVISQ LOCO SVAQ, BENEVOLENTIA HVNC MEVM LABOREM, ET OPER" AM BONI CONSVLANT, AMPLECTANTVR, AMENT ET ALI" OS QVOQ, AD HVIVS ARTIS AMOREM ACCENDANT, QVÆ FORTITVDINI ARMA ADMINISTRAT, ET TANQVAM AR" MIGERI IN DEFENSIONE PATRIÆ OFFITIO FVNGITVR QVOD SI FECERINT, NON MODO ME LABORVM ET IMPEN" SORVM NON PŒNITEBIT, VERVM ETIAM CVM SVM" MA ANIMI GRATITVDINE BENEFITÿ LOCO ÆSTIMABO, ET PRO CVIVSQ, DIGNITATE, BENEVOLENTIAM ET HVMAN" ITATEM EORVM VICISSIM STVDIO, ET INDVSTRIA MEA COMPENSARI, ET AD AMOREM ALIIS QVOQ, OFFITI" ORVM GENERIBVS PROVOCARI DILIGENTISSIME CVR" ABO, FŒLICITATEM, SALVTEM OMNIVMQ, RERVM SVCCESSVM, ET PROSPERITATEM OMNIBVS OPTO, QVI" BVSCVNQ, HIC LABOR NOSTER NON IMPROBATVR, EOR" VMQ, VALETVDINEM, ET QVICQVID IPSIS CHARVM EST DEO, OPTIMO, MAXIMO DILIGENTISSIME,

COMMENDO.

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS

Die Zeugen sollen
Sinder sich vor Gericht in vorgeladen Richtzeit